B I B L I O T H E C A

SCRIPTORVM GRAECORVM ET ROMANORVM

T E V B N E R I A N A

GRILLIVS

COMMENTVM IN CICERONIS RHETORICA

EDIDIT

RAINER JAKOBI



MONACHII ET LIPSIAE
IN AEDIBVS K.G.SAUR MMII

Bibliographic information published by Die Deutsche Bibliothek
Die Deutsche Bibliothek lists this publication in the
Deutsche Nationalbibliografie; detailed bibliographic data is available
in the Internet at **http://dnb.ddb.de**

Printed in Germany

Gesamtherstellung: Druckhaus „Thomas Müntzer“ GmbH, Bad Langensalza
ISBN 3-598-71230-8

PRAEFATIO

Grilli enarratio quod a me editur longe mutata ab ea, quam priores scriptam legerunt, id novis imprimis codicibus a viris doctis repertis effectum est. Quibus collatis atque recensis nunc clarissima archetypi indoles elucescit a vitiis foedis librariorum doctorumque interpolationibus purgata protervis, quae qui ante commentum in lucem proferre instituerant, in errorum ambages duxerunt: Carolum Halm, qua erat diligentia in singulis quos noverat recensendis codicibus, et Iosephum Martin virum rhetoricae artis peritissimum, sed in Grillio edendo crassioris Minervae.
Quibus codicibus quomodo inter se connexis editio nova sit fulta, qui quare libri descripti sint eliminandi, qui viri docti ab nono usque ad quintum decimum saeculum Grillio studuerint, ea in 'Prolegomenis ad Grillium', quae una cum 'Commentario' brevi prelis committere spero, plene et accuratius demonstrabo. Hic tibi, benevole lector, pauca praelibare et adumbrare libet.

Grilli vestigia antiquissimis temporibus non videntur exstare nisi in quarta epistula Ps.-Sulp. Sev. Unum tantum exemplar commenti usque ad inv. 1,22 servati in Italia septemtrionali fons fuit nostrae traditionis (ω). Ex quo codice ut opinor nono saeculo scripto duo rivuli (α β) saeculo nono posteriore vel paulo post manant. Eisdem fere sub temporibus vir quidam doctus suo exemplari Boethi explanationis ad Ciceronis Topica institutae praemisit instar argumenti rhetoricae artis initium Grilli (p. 1,1–2, 28 = $\boldsymbol{\pi}$).

Classis ergo $\boldsymbol{\alpha}$ testes sunt libri B et P:

B **Bambergensis class. 24**, s. XI, in Germania scriptus, fortasse e codice ab Ottone III. monasterio St. Mi-

chaelis donato exaratus. Textus correctus est a secunda manu.

P **Parisinus latinus 15086**, s. XII[2], in Francogallia scriptus, tum in abbatia Sancti Victoris Parisiis adservatus. Manus altera librum additamentis et lectionibus instruxit ex aliquo familiae alterius codice petitis.

Duos codices ab Halm et Martin laudatos esse descriptos nunc constat:

F **Monacensis latinus 6406**, s. XI[ex], olim Frisingensis 206; in coenobio Frisingensi ex Bambergensis apographo, quod est descriptum ante id tempus quo manus secunda codicem B correxerat.

M **Monacensis latinus 3565**, s. XV[2], oriundus ex avo Parisino patre ignoto Parisino et nonnumquam ex Gemblacensi codice alterius familiae contaminato.

Classis autem ***β*** conficitur e codice Z et stirpe *γ*:

Z **Florentinus Bibl. Riccardianae 3912**, s. XI[1], secundus quaternio codicis in Italia scripti, qui commentum inde a p. 46,68 exhibet.
Qui liber si integer exsisteret, tam magna opera in construendo hyparchetypo *β* perdenda non esset.

Stirps autem *γ* divisa est in codicem G et libros gentis *δ*:


G **Bruxellensis Bibl. regiae 5348–5352**, s. XI[1], in monasterio Gemblacensi sub abbate Olberto scriptus et olim adservatus. Haeret autem ab *γ* per apographon deperditum, quod in Italia est scriptum ab aliquo viro doctissimo, qui auctor est multarum emendationum pluriumque interpolationum. Erant enim magistri rei rhetoricae et dialecticae, qui ut Ciceronem discipulis enarrarent, descripserunt Grillium.

Gens autem ***δ*** e duobus codicibus R et V efficitur:

R **Barcinonensis Arch. cor. Arag. Rivipullensis 42**, s. XI[1], fortasse ipsa in abbatia exaratus. Commentum complet marginem libri, qui Ciceronis 'De inventione' continet.

V **Vaticanus Chisianus H VI 179**, s. XI–XII, in Italia scriptus. Qui liber, quamvis gemellus Rivipullensis, interdum est contaminatus cum lectionibus codicis Gemblacensis, quas in Italia ex patre vel affini huius esse haustas libri mihi est persuasum.

Hanc igitur tabulam codicibus recensis possumus depingere:



Raro laudantur excerpta vel scholia et enarrationes, quibus inde a saeculo decimo libri Ciceronis passim instruuntur: Grillium una cum Victorino semper in scholis auctorem artis rhetoricae esse lectum et expilatum in 'Prolegomenis' demonstrabo. Sed oleum et chartam perderem, si in apparatu critico construendo thesaurum ex testimoniis quamvis selectis collectum conderem; quae quidem omnia ex altera familia originem trahunt. Non laudantur ergo nisi ob emendationes illi libri vel potius illi viri docti, qui suos libros cum floribus e Grillio conflatis ornaverunt, ut sibi ipsi delectatiunculas compararent, nostrae autem traderent memoriae acumina ingenii Chrysippei. Nescio enim quo honore digni sunt viri vere docti, qui excerpta et ex aliis auctoribus et e Grillio hauserunt:

y **Vaticanus latinus 1694**, s. XI, in Italia exaratus, cuius altera manus argumentum Ciceronis e Grilli primis paginis instituit e codice stirpis *a* nondum vitiis codicum B aut P depravatae.

O **Oxoniensis coll. D'Orville 152**, s. XV^2, qui Grillium suum e stirpe γ derivatum usque ad p. 7,179 *credit* ingeniose contraxit in eisagogen dialecticam.

Superest ut grates agam eis, qui mihi auxilium et consilium praestiterunt: primum Universitati Halensi, cuius opibus imagines codicum licuit emere, deinde Instituto illi Parisino, quod in historia manuscriptorum investiganda maximas virorum doctorum laudes meret, tum omnibus praefectis multarum bibliothecarum, quorum benevolentia et patientia mihi thesauros librorum perscrutari patuit, postremo P. Carrara qui me de quibusdam lectionibus codicis Z benignissime certiorem fecit, et M. Beck, collegae meo, quocum Grilliana enucleare labor et gaudium fuit.

Haec editio nonum premeretur in annum, nisi opera illa praestantissima virorum vere doctorum et omnibus editoribus et mihi pergrata in lucem essent prolata publica materies: B. Munk Olsen omnes codices Ciceronianos ante annum 1200 exaratos, J. O. Ward autem explanationes, scholia, extracta Ciceroniana descripserunt qua sunt diligentia et sagacitate.

SIGLA

ω *α* *β*

α *B* *P*

B Bamberg, Staatl. Bibl. class. 24 (s. XI)
P Paris, B. N. lat. 15086 (s. XII^2)

β *Z* *γ*

Z Firenze, Bibl. Riccardiana 3912 (s. XI^1)

γ *G* *δ*

G Bruxelles, Bibl. Roy. 5348–5352 (s. XI^1)

δ *R* *V*

R Barcelona, Arch. cor. Aragon, Ripoll 42 (s. XI^1)
V Vat. Chigi H VI 179 (s. XI–XII)

π parens codicum Boethi, in quibus instar argumenti initium Grilli commento in Topica Ciceronis praemittitur (s. IX^1)

coniecturas adferunt

F München, Bayer. Staatsbibl. clm 6406 (s. XI^{ex}; deriv. e *B*)
M München, Bayer. Staatsbibl. clm 3565 (s. XV^2; deriv. e *P*)
y Vat. lat. 1694 (s. XI)
O Oxford, B. L., D'Orville 152 (s. XV^2)

OPERA IMPRESSA, QVAE IN APPARATV LAVDANTVR

Halm	Rhetores Latini Minores, Lipsiae 1868, 596–606
Martin	Grillius. Ein Beitrag zur Geschichte der Rhetorik (Studien zur Geschichte und Kultur des Altertums 14,2–3), Paderborn 1927
Meerwaldt	rec. editionis a Martin prolatae, Museum 1928, 255–258
Castiglioni	rec. ed. a Mart. prol., RFIC 56, 1928, 573–576
Ammon	Zu Grillius, PhW 49, 1929, 1102sq.

COMMENTVM
IN CICERONIS RHETORICA

1,1–5

'Incipientes quamcumque rem scribere, antequam scribamus, eam commendare debemus, ut Virgilius: *Admiranda tibi levium spectacula rerum*': Sed errant, qui hoc dicunt; non enim laus in isto principio, sed defensio continetur. Orator 5 quippe ea, quae sibi gravia sunt, in principiis solvere aut curare debebit, ut in 'domo sua' caput illud primum videtur esse commune, sed vide quemadmodum illud facit Tullius speciale: *Cum multa divinitus, pontifices, a maioribus nostris inventa <atque instituta> sunt.* Poterat hoc et Clodius dicere; 10 Clodius enim solo religionis iure certabat, Cicero iure publico. Quia nec poterant pontifices contra religionem ferre sententiam – res enim consecrata fuerat – et Clodius religionis iure pugnabat, videamus quomodo illud solvit. Bene inquit '*maiores nostri*, qui vos non solum de iure religionis, sed et 15 de iure publico iudices instituerunt, ut tam vobis ius publicum quam ius religionis tuendum sit.' Et cum eos dicit de iure publico iudicare, illud aestimandum relinquit, sine causa Clodium consecrationis iure pugnare, quod ad pontifices pertinet, cum illi etiam hoc iudicaturi sint, utrum deberet 20 consecrare, quod pertinet ad ius publicum.

1,2 georg. 4,3 **1,8 et 14** dom. 1

1 *π αγ*]
COMMENTVM GRILLII IN RHETHORICIS *B* GRILLII SVPER RETHORICAM LIBER *P*
1,4 defensio *O (cf. p. 9,5)*: definitio *ω* **1,5** ea *πγ*: *om. a* **1,5** principiis *πγ*: -io *a* **1,6** debebit *πγ*: debet *a* **1,7** facit illud *π* **1,9** *add. Jak. ex Cic.; cf. p. 1,15*

Modo ergo Tullius scripturus de arte rhetorica, quae sunt gravia, necesse habet in principiis purgare. Quae sunt igitur gravia? Sententia Platonis et Aristotelis.

Plato enim eloquentissimus fere omnium philosophorum dicebat artem rhetoricam non esse artem, sed esse civilis scientiae partis umbram; hoc enim asserebat in illo dialogo, quem Gorgian vocavit. Quicquid, inquit, omnes faciunt, non est industria, sed natura; ars autem non de natura, sed de industria venit. Porro autem <si obicis> servo 'rapuisti mihi codicem', respondet 'non rapui'. Ecce quod vos dicitis coniecturam; quam coniecturam, inquit, dividitis in personam, in factum, in causam. Dicit tibi ergo servus tuus, quem furti arguis: 'Quot anni sunt a quo tibi servio? Scis me aliquando hoc fecisse?' Ecce argumentum a persona. Deinde: 'Quare furtum facturus eram? Num esuriebam? Num sitiebam?' Ecce argumentum, quod dicitis a causa. Postremo: 'Non feci: Quis probat? Ubi feci?' Ecce argumentum a facto. Argumentabatur igitur Plato et dicebat: Hic nempe servus haec non dicit industria, sed natura; rhetorica autem ars non est, sed civilis scientiae partis umbra.

Aristoteles autem dicebat esse artem, sed malam, quia contra veritatem nititur et studio defensionis fidem veritatis impugnat. Et dabat Aristoteles argumenta et exempla verissima. Nam in ariopago, ubi erant severissimi iudices, stabant praecones et non permittebant prooemia dicere oratoribus aut epilogos aut locos communes, ne per hoc obscuritatem veritas pateretur. Ceterum mala ars rhetorica in his tribus est.

2,25 Gorg. 463d **2,41** rhet. 1354a

2 *π (usque ad p. 2,28* natura[1]*); αγ*]
2,26 asserebat in illo dialogo *πα*: in illo dialogo asserebat *γ* **2,28** natura[2] … industria *P*: industria … natura *ω* **2,29** *suppl. e. g. Jak.;* <si dixeris> *P* **2,30** respondet *PR (ut vid.) G*: -it *BV* **2,33** ex quo *γ* **2,45** et *om. α; fort.* qui praemia *PR* **2,46** aut locos *PO*: alogos *B*: *om. γ*

Scripturus ergo Tullius de arte rhetorica, ne diceretur ei
50 'quid vis scribere, quia secundum Platonem ars non est, secundum Aristotelem ars est quidem, sed mala?', ideoque necessarium putat in principio et artem probare contra Platonem et bonam contra Aristotelem.

Naturales quaestiones sunt tres: Utrum sit aliquid, quid
55 sit, quale sit; utrum sit per coniecturam, quid sit per definitionem, quale sit per qualitatem, ut puta cum quaeritur de anima: 'Est anima an non est, quae venit et intrat corpus humanum et iterum egreditur?', alii dicunt esse animam, alii dicunt non esse. Epicurei dicunt non esse animam, sed spiri-
60 tum quendam, ut *spiritus intus alit* et *vescitur aura / aetheria.* Non ergo dicunt specialem esse animam, sed unum spiritum, qui infunditur per totum mundum, ut *haustus / aetherios dixere.* Alii dicunt esse animam, ut Stoici vel ceteri. Deinde: Quid est anima? Utrum ignis, ut *calor ossa reliquit*
65 et *illi solvuntur frigore membra*, an aer est, ut *aurae simplicis ignem*, an sanguis, ut *purpuream vomit ille animam*? Utrum aqua sit? Postremo quale sit, mortalis an immortalis. Et dicunt eam esse immortalem Stoici, qui eam dicunt manere post corpus. Dicunt eam esse mortalem Epicurei, qui
70 eam dicunt cum corpore morituram, quia aiunt nihil esse post hominem.

Modo ergo secundum naturalem quaestionem quaeritur, utrum sit ars rhetorica, quid sit, quale sit. Est ergo ars rhetorica an non est? Nam homines, inquit, inter silvestria tecta
75 ferarum more vagabantur. Quicquid ante non fuit, postea

3,60 Verg. Aen. 6,726 Aen. 1,546 sq. **3,62** Verg. georg. 4,220 sq. **3,64** Verg. Aen. 3,308 (et 9,475) **3,65** Verg. Aen. 12,951 Aen. 6,747 **3,66** Verg. Aen. 9,349 **3,74** Cic. inv. 1,2

3 *aγ*]
3,51 ideo *F (et glossa Cic. Paris. lat. 7696); fort. recte* **3,70** quia *B*: qui *ω* **3,75** antea *a*

esse coepit, ex arte, non ex natura est; est enim naturae, quod cum homine nascitur, artis vero, quod postea sollertia invenit humana. Est ergo ars rhetorica. Deinde: Quid est ista ars? *Artificiosa eloquentia*, id est eloquentia, sed cum arte mixta. Postremo qualis sit, bona an mala. Bona est, quae nos facit insidias declinare, quae amicitias, quae divitias comparat, quae nos facit munitos et cetera; ergo bona est.

Aliud est thesis, aliud hypothesis. Thesis dicitur controversia in dicendo posita sine tempore, sine persona, ut puta 'bonum est navigare', 'malum est navigare'. Hypothesis est controversia cum tempore et persona, ut puta '<an sit> navigandum Scipioni ad Africam'. Iam hic etiam tempus agnoscitur, quo [tempore] navigaturus est.

Thesis quattuor habet partes, propositionem, partem commodorum, partem incommodorum et conclusionem. Propositio qualis est? *Saepe et multum hoc mecum cogitavi*, utrum bona esset navigatio an mala. Partem incommodorum: Quia cogito scopulos, quia vada. Partem commodorum: Considero diversas caeli rationes et quaesitas toto orbe divitias, varios cognitos provinciarum mores. Video bonam esse navigationem. Conclusio: Ac mea quidem sententia dico esse navigandum; nam etiamsi non navigemus, subiecti periculo esse poterimus. Ergo modo per thesin tractanda est ars rhetorica et danda sitne ei opera. Plato negavit; esse contra alii dicebant operam dandam. Modo ergo quia thesis est, neces-

4,79 Cic. inv. 1,6 **4,92** Cic. inv. 1,1

4 *αγ*]
4,78 est^{2} *α*: sit *γ* **4,84** est *om. α* **4,87** *suppl. Jak.* **4,88** iam hic *B (def. P)*: hic iam *γ* **4,89** *secl. Jak.* etiam navigaturus sit *γ* **4,92** qualis *α*: quae *γ* **4,97** ac *P^{2}*: hac *ω* sent. quid. *γ* **4,98** nam *B^{2}RO*: navem *ω* **4,100** sitne *Meerwaldt (*sit *iam O)*: sunt *ω* negavit *O*: navigavit *ω* **4,101** quia *γ*: quae *α*

se habet ista quattuor proponere. Propositio qualis est? *Sae-
pe et multum hoc mecum cogitavi.* Partem incommodorum:
Nam et cum nostrae rei publicae detrimenta considero. Par-
105 tem commodorum: *Cum res ab nostra memoria propter ve-
tustatem temporis esse remotas.* Conclusio: *Ac mea quidem
sententia.*

Alia sunt aperte bona et alia sunt aperte mala et alia me-
dia. Quae bona sunt aperte, appetenda sunt, neque omnino
110 vitanda sunt, sed quae mala aperte, vitanda; media neque
semper declinanda neque semper sequenda. Ex temporibus
et causis mala sunt aut bona, ut gladius, venenum. Gladio et
latro homicidium fecit et vir fortis patriam defendit; vene-
num autem cum ubique malum sit, tamen hoc Hannibal
115 cum bibisset, dedecus effugit et servitutem. Hoc modo et-
iam et Mithridates. Ecce illis venenum profuit. Haec quae
media sunt, utrum sequamur, quia habent in se bona, an
fugiamus, quia habent in se mala? Non, sed require, si vide-
ris plus esse boni quam mali, vita, si videris plus esse mali
120 quam boni. Nam nec hoc fugiendus est gladius, quia eo la-
tro frequenter occidit, cum eo patriam vir fortis saepe de-
fendat. Nec venenum ideo appetendum est, quia potest prod-
esse nonnunquam, cum semper noceat. Modo ergo hic,
quia rhetorica media est – dicit enim rhetoricam multis civi-
125 tatibus nocuisse, profuisse multis –, modo in principiis agi-
tur de quantitate: Non negat multa incommoda per rhetori-
cam ad rem publicam venisse, sed plus boni provenisse
quam mali.

5,102 sqq. Cic. inv. 1,1 **5,124** inv. 1,1

5 *aγ*]
5,102 qualis *a*: quae *γ* **5,103** partem *Jak.*: pars *ω* **5,106** renovatas *a* ac P^2*O*: hac *ω* **5,108** ITEM alia *a* **5,113** facit *FO* **5,115** etiam modo *γ* **5,120** quam boni *om. γ* hoc *om. γ* **5,124** est *om. a* **5,125** modo *om. γ*

⟦Vitia controversiarum sunt octo, quorum si aliquid inciderit, manifestum est controversiam stare non posse: 130

Μονομερές, id est unius partis, cum accusatori copia criminum est et reo nulla defensio, ut illud est: 'Leno decem iuvenes, cum eius domum frequentarent, facta fovea suscepit atque mactavit; arguitur homicidii'. Hic enim defendi non potest ac per hoc in dictione non est controversia, cum 135 unus dicit, alter tacet.

Ἀπερίστατον, hoc est sine circumstantia, cum accusator crimen tantum intendit, criminum non habet firmamenta, ut illud est: 'Pater filium abdicare vult sine causa'. Unde ne in hoc quidem genere aliqua controversia est in dicendo. 140

Πάνυ ἄδοξον: nimis inhonestum, ut illud: 'Quidam de coniugis pudore depectus facto adulterio, cum pretium ex eo non acceperit, pactione agit'. Id quidem in dicendo controversia est, quia spectantur, ut ambo dicant, sed is qui petit, quia primus dicturus est, turpitudinis dictione deici- 145 tur.

Ἀπίθανον: non verisimile, quod eius personae, quae arguitur, dignitas respuit, ut si quis lenonem aut proditorem Socraten dixerit. Quis igitur hanc in dictione controversiam dicat, ubi, cum dicit accusator, aut irridetur aut pellitur? 150

Ἀδύνατον: impossibile, quod nec rerum natura per<mittit nec credulitas hominum re>cipit, ut si dicas: 'Mulier inermis triginta tyrannos occidit eodemque die triginta praemia petit'. Sunt multa impossibilia, quorum forma dicta est, verum ***

6 *αγ*]
6,129 *pp. 6,129–9,215 recensionem esse alteram explanationis ad inv. 1,10 editae apertum; cf. p. 55, 119 sqq.* **6,137** aperistaton *O*: apero- *α*: aporo- *γ* **6,142** despectus *BG* **6,143** eo *Beck*: ea *ω* pactione *RMO*: -em *ω* **6,147** quod *O*: quia *ω* **6,148** proditorem *O*: per- *ω* **6,151** quod *O*: quia *ω* **6,151–152** *suppl. Jak.* **6,154** quorum *PG*: qua- *Bδ* **6,154–155** *lac. stat. Jak.*

155 *** in his quinque generibus vitiorum sive per accusatorem sive per defensorem ex una parte sunt nec in dictione quidem controversia, cum alter dicit, alter quod dicat nihil est; illa vero, tria quae sunt, in dictione videntur habere controversiam, sed in disceptatione nullam; quae sunt huius-
160 modi:

Ἰσάζον: par, cum ambo eadem dicunt, ut est illud: 'Vicini pauperes, quibus coniuges speciosae erant, conprehenderunt se invicem ab uxoribus suis exeuntes. Arguunt se invicem adulterii'. Hoc est, quod in dictione habet controversiam, in
165 disceptatione nullam; uterque enim quod dicat habent; iudex quod disceptet non habet, cum ambo eadem dicant.

Ἀντιστρέφον: retortum, cum ambo † contradicunt, ut illud est: 'Quidam petebat debitum cum usuris; a quo petebatur, non debitum, sed depositum esse dicebat. Iussum est a po-
170 pulo, ne debitum solveretur. Repetit tamquam depositum is, qui ante quasi debitum repetebat; ille quasi debitum retinere contendit, qui ante depositum esse certabat'. Uterque suis vincuntur verbis et ab adversario sublevatur. Quare ne id quidem in disceptatione aliqua controversia est.

175 Ἄπορον: inops, <si>quis quid agat non invenit, sed etiam contrarium facit quam cupit, ut illud est: 'Alexander somnio monitus est, ne somniis crederet. Deliberat, quid agat'. Quicquid enim persuaseris, in contrarium venit; si ut non credat somniis, huic credit; si ut credat, huic ergo non cre-
180 dit.

7 *αγ*]

7,155 vitiorum <vitia> *Beck* **7,159** nullam *y*: nulla sunt *ω* **7,161** irazon *a*: yr- *y*; *rest. Martin* ambo *Jak.* (duo *Martin*): in *a*: *om. y* **7,163** se[1] *post* suis *a* **7,167** antistrophon *γ* retortum *y O*: rectorum *ω* *e. g.* contradicunt <ubi uterque in se transfert id, quod alter obiecerat> **7,169** *fort.* est <interea> **7,175** <si>quis (*vel* <cum> quis *y*) quid *Jak.*: qui(c)quid *codd.* **7,177** monetur *γ*

Si igitur omne controversiae vitium aut ex eo nascitur, quod non in dictione quidem controversia est, ut illa quinque superiora, aut quod in disceptatione non est, ut haec tria sunt, Cicero, cum vult statum controversiae designare *omnis res*, inquit, *in se positam in dictione aut in disceptatione aliquam controversiam habet*, *in dictione*, ut illa quinque removeat, *in disceptatione*, ut haec tria pariter auferantur. Male igitur qui<dam tacuisse> putant Tullium de non stantibus controversiis, cum e duobus verbis omnia demonstrat. 185

*** In relatione aliquotiens crimen in ipsum referimus, qui accusat, aliquotiens in eum, propter quem accusatur. Relatio interdum iunctam habet necessitatem, interdum non. Sciamus autem ista quinque in asystatis necessitatis genera ad reum <vel> accusatorem pertinere. Illa autem tria asystata sunt, sed iudicii. Ars rhetorica constat ex rebus *** 190 195

Sunt item tria genera cacosynthetorum, quorum primum est, quod graece dicitur ἑτερορρεπές, id est proclivius in alteram partem, quod est μονομερές simile, ut est huiusmodi: 'Lex erat in civitate, ut, si quis ad statuas confugisset, immunitatem mereretur. Quidam tyrannus immanis dum premeretur, confugit ad statuas et abstrahitur'. Quae lex pro tyranno facere non potest. 200

<Secundum> πρόληψις, id est praeventus, quod est simile ἄπορον, ut est exemplum huiusmodi: 'Cum tyrannus ar-

8,185 inv. 1,10

8 *αγ*]
8,182 controversiae *γ* **8,185** in[1] *Jak. Cic.*: contra *ω* positam *Martin Cic.*: -ae *ω* **8,186** habet *γ Cic.*: -ent *ω* **8,188** *suppl. Jak.* tulium *γ*: tulliu | num *B*: tulli unum *P* de non stantibus *Jak.*: demonstantibus *α* **8,190–195** *fragmentum longioris tractatus fort. non suo loco insertum* **8,194** *add. Jak.* (<et>*γ*) **8,197** etepomesis *ω*, *rest. Martin* **8,198** μονομερές simile, ut est *Jak.*: monomeressime *α*: monomeres ut est *γ* **8,199** *vel* impunitatem *γ s. l.* **8,203** *add. γ* aprolempsis *ω*, *corr. Ammon* praeventus *γ*: pro- *ω*

205 cem teneret, difficilem ascensum quaedam mulier cuidam ostendit, a quo tyrannus occisus est. Arguitur mulier adulterii a marito'. Hoc ergo thema stare non potest, quia iam praeventi sunt iudices utilitate tyrannicidii, quod per mulierem gestum est.

210 Tertium est, quod dicitur κακόπλαστον, id est παρ' ἱστορίαν, et tale est exemplum: 'Qui plus rei publicae praestiterit, praemium mereatur. Scipio Africanus et Pompeius contendunt, qui plus praestiterit civitati'. Et poterat quidem in personis stare controversia, si tempora personarum non impe-
215 dirent; diversis enim fuere temporibus.]]

Saepe et multum Consuetudo est oratorum, ut in principio omnia, quae videntur gravia, purgent et mitigent, sicut Virgilius, qui laudaturus Aeneam, ne ignominia fugae obiceretur, ait *fato profugus*. Ergo, ut diximus, in hoc principio
5 defensio est; sed ea aperte non utitur, ne, quia a tantis viris rhetorica fuerat accusata, favorem non mereretur, sed odium concitaret. Fit hoc in admirabili genere causarum, ut puta si iudices irati veniant: Dicimus et nobis ita videri, ut par voluntas favorem nobis conciliet, et paulatim dicimus
10 discussis omnibus in eo solo, quem defendimus, nos innocentiam repperisse. **1,1**

Oratorum genera duo dicuntur esse, unum malum, quod canibus comparatur, quia non considerat bonum aut malum negotium, sed omne, quod ad se delatum fuerit, suscipit ac
15 defendit, alterum bonum, quod nisi probatam causam non recipit. Unde in Rosciana laborat orator dicens: 'Ideo boni oratores non receperunt causam Roscii, *quia periculum vi-*

9,4 Aen. 1,2 p. 1,4 **9,16** Cic. S. Rosc. 1 sq.

9 *aγ*]
9,205 ascensu *γ* **9,210** cacoplaston *γ*: -tan *ω* **9,9** concilietur *γ* **9,13** quia *G*: qui *ω* **9,15** ni *γ*

tant, non quia mala est'. Hinc est et illud in fine Siciliensis, quod Hortensius impudens iudicatur, qui malam causam receperit. Hanc opinionem tenens Tullius dixit, quia hoc *facerent omnes Crassi et Antonii* oratores adhuc numquam.

Oratores bonos dicit Aristoteles et philosophos esse debere. Discernere autem bonum non possumus, nisi scierimus, quid sit malum. Hoc autem philosophia assequi possumus. Ergo orator bonus et philosophus esse debet *** τὸν τῆς ἀληθείας συνήγορον, id est veritatis assertor. Apud ariopagitas enim, sicut diximus, praetermissis principiis epilogis <locis communibus> sola veritas in iudicio deferebatur. Ergo utitur defensione per insinuationem, ne imprudenter laudet, quod duorum philosophorum sententiis depravatum est.

[In principiis tria quaerenda sunt, attentos ut faciat iudices excitatione, benivolos deprecatione, dociles demonstratione, de qua re dicturus sit.]

Saepe et multum Dicendo *saepe* ostendit se non temere aggressum. Item potest quis saepe aliquid facere, sed non diu. Addidit *multum*, ut et frequens in consilio fuerit et continuus, *hoc mecum*, ne cum aliis tractasse videatur aut ne putetur aliquid furatus ex Graecis, vel quia firmiora consilia sunt, quae nullo impediente tractantur, cum se ipsum consulit animus. Ideo et philosophi ad investigandam veritatem secreta quaerebant. Unde Scipionis praedicatur illa sententia se numquam magis esse iunctum multis quam cum solus

10,20 Verr. II 2,191 sq. **10,27** p. 2,45 **10,42** cf. Cic. rep. 1,27 (Cato frg. 127 HRR^2)

10 *aγ*]
10,25 *lacunam ex p. 16, 178 suppleas* **10,25–26** TONTESATAINASSINAGORAN *a*: AINAC *γ*; *rest. Martin* **10,27** et epilogis *γ* **10,28** *suppl. Jak.; cf. p. 2,46* **10,29** imprudenter *BP*^{2}: impu- *P*^{1} *γ* **10,32–34** *secl. Jak.* **10,42** specionis *a* **10,43** iunctum *Jak.*: cum *ω*

esset, numquam magis solum quam cum multis iungeretur.
45 Deinde hoc ipsum ne spargeretur in vulgus, artem rhetoricam esse et bonam esse contra duorum philosophorum opiniones asseri, et ne prius querela procederet quam ratio redderetur, ideo tutius fieri credidit secum tantummodo cogitasse, ut est illud Horatii: *Delere licebit / quod non edide-*
50 *ris; nescit vox missa reverti.* [Propter hoc dixit *mecum*, quia in plures consilia firma non cadunt. Nam et aegrotus uni medico committendus est. Ita ergo quicquid ab uno fiet, firmius est et salubrius.]

Hominibus et civitatibus privatim et publice.
55 **Copia dicendi** Ars rhetorica tribus rebus constat: Ingenio doctrina usu, quod ipse Cicero in divinatione dicit: *In quo si t<e multum natura adiuvaret>*, quod ad ingenium pertinet, *si optimi<s a puerita disciplinis> atque artibus* [*bene dicendi*] <*studuisses*>, quod ad doctrinam pertinet, <*et in his ela-*
60 *borasses*, quod ad usum pertinet>.

Nam cum et nostrae rei publicae Pars incommodorum. Sed quaeritur, quare, quemadmodum proposuit, non ita respondeat: 'Quia cogitationi nostrae illa prius occurrant, quae mala sunt, sicut Virgilius: *Et nimium meminisse neces-*
65 *se est*'. Sunt vero qui ideo mala praemittunt, ut ea sequentium bonorum multitudo compescat. Scripturus ergo Tullius rhetoricam ipsa arte utitur; nam in omnibus orationibus ea, quae graviora sunt, ante purgat et sic leviora persequitur. Hoc fecit in Miloniana: Quia sibi obiciendum cognoverat 'si
70 cum multis armatis erat Clodius, si locum superiorem tenebat, si expeditus in equo, si insidiabatur, cur victus est?',

11,49 ars 389 sq. **11,56** div. in Caec. 39 **11,64** Aen. 6,514

11 *aγ*]
11,45 ne *om. a* **11,50–53** *secl. Jak.* **11,57–60** *suppl. ex Cic. Jak.* **11,58** *del. sec. Cic. Jak.* **11,61** cum et *γ*: et cum *a* **11,66** bonarum *a* **11,71** *fort.* <si> in equo

ideo in ipso principio purgat dicens *pro fortissimo viro*, ut verisimile esset, quod se potuerit vel inermis a multitudine vindicare.

Nam cum et nostrae rei publicae Defensurus rhetoricam minuit partes incommodorum; detrimentum enim leve damnum est. 75

Et maximarum civitatum id est non lego aut numero, sed *colligo* quasi fabulosa et rara. Et bene maximas civitates corruisse dicit, ut non tam oratorum nequitia quam suo pondere concidisse videantur, ut Lucanus: *Summisque negatum / stare diu.* 80

Non minimam video Bene utitur remotione, per homines dum dicit invecta incommoda, non per artem, atque ita cum dicit, non mediam ostendit rhetoricam sed optimam. Non ipsi applicanda est culpa hominum et ideo dixit *per disertissimos homines*, non sapientes, ut Sallustius: *Satis eloquentiae, sapientiae parum.* 85

Non minimam video id est perparvam vel nonnullam, aliquantulam. 90

Cum autem res ab nostra memoria Pars commodorum. Hic se dicit legere in historia, quae per artem rhetoricam bona facta sint; historia enim vera dicit ἀπὸ τοῦ ἱστορεῖν, id est a videndo.

Multas urbes *Urbes* cum dicit, significat Athenienses et Lacedaemonios, ubi fuerunt docti politici Pericles et Pisistratus, quorum politia, id est administratione, crevit res publica. 95

12,72 1 **12,81** 1,70 sq. **12,87** Catil. 5,4

12 *aγ*]
12,75 et *γ*: in *a* **12,78** et *γ*: et ex *a* **12,83** minima *BR* **12,84** invicta *a* **12,89** id est aliq. *γ* **12,93** ysteron *a*: ΙΣΤΕΡΟΝ *G*: ΕΤΕΡΟΝ *R*: CTE- *V; rest. Martin* **12,93–94** id est *om. a* **12,94** avidenda *a* **12,95** multas *γ*: nunc *a* **12,96** politici *Jak.*: philosophi *ω* paricles *γ*

Plurima bella restincta Laudat rhetoricam, per quam et
100 urbes condi possunt et bella restingui. Bene autem dixit *re-
stincta*, non inchoata, quia inchoare bellum ignavorum est,
finire fortium, ut Virgilius: *Quae bella exhausta canebat!*

Firmissimas societates Societas nisi inter bonos fuerit, non
obtinet firmitatem. Bonus esse non potest, nisi fuerit et sa-
105 piens. Ergo bonum societatis ab oratore procedit, ut Virgi-
lius: *Dum paci medium se offert* et ut ostenderet personam
pacem suadentis, subiecit: *Iustissimus unus / qui fuit in Teu-
cris.* Auctor iustitia est, quae in oratore consistit.

Sanctissimas amicitias, quae similiter <tantum> inter per-
110 fectos custodiri possunt. Nam sunt et simultates inter homi-
nes, qui artem rhetoricam † non viderunt. Sallustius: *Aliud
clausum in pectore.*

Intellego cum animi ratione id est doctrina. Ratio autem
rerum perbonarum est.

115 **Ac me quidem diu cogitantem** Sententia est et optima,
quae principium respicit. Nam superius se dixit multum co-
gitasse; ideo hic dixit *diu.*

Ratio ipsa Ne videatur contra duorum philosophorum ve-
nire sententias, ipsam sibi dicit suadere rationem, et item
120 bene *ratio ipsa*, quasi per se nihil invenerit, sed totum con-
stet ex arte; hic enim laborat, ut suadeat esse artem.

Ut existimem sapientiam Sapientia enim naturalis est,
quae posset quidem prodesse sine eloquentia, sed parum.

13,102 Aen. 4,14 **13,106 sq.** Aen. 7,536 sq. (2,426 sq.) **13,111** Catil. 10,5

13 *aγ*]

13,108 iustitia est *Jak.*: iustitiae *α*: -a *γ* **13,109** *add. Jak.* **13,111** navaverunt *Jak.*: noverunt *Hübner* **13,112** *fort.* pectore <, aliud in lingua promptum habere> *suppl. ex Sall.* **13,115** ac me *γ*: haec mea *α* et] haec *G* **13,117** diu *Jak.*: hoc *α*: *om.* *γ* **13,118** ratio ipsa *vice lemmatis rest. Jak.*

<Eloquentia *** sine sapientia> *prodesse numquam* potuit.
Dicitur Tullio: 'Ergo non prodest nec casu'; sed contradicit: 125
Quae habet casum, non est naturalis utilitatis. Et quare dixit
plerumque, quasi dubitans? Quia Tullius Academicus est;
Academia enim nihil confirmat.

Quare si quis omissis Haec descriptio monstrat, orator
qualis esse debeat, id est, qui rectissima sequatur studia et 130
honesta, quae prosint patriae, non quae laedant. In quo
enim patria laeditur? Si criminosi impuniti sunt. Unde
proscinditur Hortensius, quod Verrem receperit. Orator sic
definitur: *Orator est vir bonus dicendi peritus.* Rhetorica
enim rectissima et honestissima studia continet. Respondet 135
autem in hoc loco Platoni et Aristoteli; <Aristoteli:> Si rec-
ta et honesta est ars, non est mala. Respondet et Platoni
dicens *studiis.* Quod enim studium est, non venit a natura,
sed de industria ac per hoc ars est.

Rationis et officii Ratio ad divinas res pertinet, officium 140
ad humanas. Novimus autem sapientiam esse rerum huma-
narum scientiam et divinarum. Ratio ergo non potest esse
mala. Artes enim omnes auctores bonas nominant. Virgilius:
Inventas aut qui vitam excoluere per artes. Abusive dixit:
Periurique arte Sinonis. 145

Consumit et bene *consumit*, quasi consumatur et pereat,
quicquid extra rationem venit.

Exercitatione dicendi Ratio ipsa ars est, exercitatio usus,
qui arte caret. Ergo orator ratione et exercitatione perfectus

14,134 Cato ad Marc. fil. frg. 14 J. **14,144** Aen. 6,663 **14,145** Verg. Aen. 2,195

14 *aγ*]
14,124 *lacunam ind. G (quam supplevit ex Cic.), esse maiorem Jak.*: *e. g.* <eloquentia vero, quae de industria venit, sine sapientia> **14,127** quasi dubitans *γ*: quia dubitantis *a* **14,129** si quis *γ*: sequentiis *a* **14,136** *add. Jak.* **14,146** consumet *utroque loco a* et[1]] *fort. secl.* **14,149** et *om. a*

150 est. Sed potest quis habere artem, non habere exercitationem. Hic tangit Hermagoram, qui, cum artem scripsisset, numquam dixit, cum posset exercitatione dicendi artis melius scientiam publicare. E contrario potest quis habere exercitationem, non habere rationem, id est artem. Qualis fuit
155 Antonius, ut ipse Tullius dicit: *Ille sensim dicebat, quod causae prodesset, tu cursim dicis aliena*. Exercitatio ergo non est ars, sicut habemus in invectivis de Lentulo: *Non solum illud ingenium et exercitatio, qua superabat omnes.* Noluit enim homini malo dare doctrinam, cum dedisset naturam et
160 usum.

Inutilis sibi Propterea quia crimina in re publica defendendo noxios retinet. Bene ergo et Turnus vituperans Drancem inutilem inducit, quia, cum haberet exercitationem et non haberet artem, eo tempore loquebatur, quo pugnare
165 deberet. Hic tollit arti culpam et dat hominibus.

Qui vero ita se armat Bene *armat*, quia ratio dicendi quasi corpus est. Itaque ut [possumus] in pugna et corpore nos tutamur, sed facilius armati vincimus, ita accedit sapientiae ad facilitatem vincendi eloquentia, qua gubernatur sapien-
170 tia. Ergo quicquid armatur, ante sine armis fuit atque ideo ars non venit ex natura. Et bene arma dicit eloquentiam, ut ipsam mediam significet. Armis enim et bene uti possumus et male.

Ut non oppugnare Bene permansit in metaphora: Superi-
175 us enim *armat* dixerat. Ideo hic *oppugnare* et *propugnare* subiecit.

15,155 Phil. 2,42 **15,157** Catil. 3,11 **15,162** cf. Verg. Aen. 11,378

15 *aγ*]

15,155–156 quod causae prodesset *Martin Cic.*: cum causam perdidisset *ω* **15,158** qua *Martin Cic.*: quasi *ω* **15,159** homini *om. a* **15,166** cum bene *B*: eum b. *P* **15,167** possimus *a; secl. Beck* et *om. γ* **15,168** accedit *Martin*: accidit *ω* **15,170** armat *a* **15,174** ut *om. γ* **15,175** armat *G*: -ma *ω*

Is mihi vir et suis et publicis rationibus Hic est, de quo dicunt philosophi τὸν τῆς ἀληθείας συνήγορον, id est veritatis assertor.

1,2 **Ac si volumus** Hic [non] contra Aristotelem vel Platonem defendit rhetoricam et haec tria tenentur: ante rem, in re, post rem.

Huius rei quae vocatur eloquentia Non definit Tullius rhetoricam. Definitio enim in omni arte prima est, ut puta profiteris esse grammaticum, defini eam in exordio; profiteris medicum, defini in exordio, quid sit medicina. Sed Tullius definire modo non potest, quia hoc genus causae admirabile est, quo insinuatur paulatim, et, quia Academicus est, nihil vult confirmare. Proficit praeterea hoc ad laudem rhetoricae, quia variae diversorum opiniones perfectam laudem rhetoricae faciunt. Et non vult unum confirmare, ut universa confirmet.

Huius rei Hoc secundum Platonem dicit. Plato enim rhetoricam rem esse, non esse artem dicebat. Omnis autem ars res est, non omnis res ars.

Artis initium Impugnat Platonem, qui eam artem esse negat.

Reperiemus ex honestissimis Hoc adversus Aristotelem. Nam si <quid> ex honestissimis <causis> et optimis rationibus natum est, malum esse non potest. Sic Virgilius: *Credo*

16,21 Aen. 4,12

16 *αγ*]
16,177 publicis rationibus *Ammon*: populo Romano *ω* **16,178** TOTECATAINACCINIΓEPON *ω, rest. Martin* **16,1** *om. glossa Cic. Paris. lat. 2335* **16,2** in re *Jak.*: in rem *ω* **16,4** quae vocatur eloquentia *Jak. Cic.*: causa *ω* **16,6** esse *om. a* **16,9** quo *Jak.*: quod *ω* **16,16–17** ars. ARTIS *Jak.*: artes *a*: ars *γ* **16,17** negat esse *γ* **16,19** adversum *γ* **16,20** *add. Jak.* et ex opt. *γ* rationibus *Martin Cic.*: rebus *ω*

equidem, nec vana fides, genus esse deorum et alibi, cum eum vellet malum ostendere, dixit: *Non tibi diva parens.*

Inter causam et rationem hoc interest: Causa est propter
25 quam facimus <, ratio est, per quam facimus>. Ut puta filium vis facere divitem: Causa est, ut facias, quia filius est; ratio est quaesita facultas, per quam hoc facias. *** esse *mei consilii causam rationemque*: Causa erat, quia exspoliati erant Siculi, ratio est, quia provinciae defensio est, et non
30 videbatur a consuetudine recedere.

Nam fuit quoddam tempus Narrationum multa sunt genera; nam et digressio narratio est et fabula narratio est et argumentum et historia narrationes sunt. Et hoc ergo caput narrationis est ***. Orator enim aut vera debet dicere aut
35 veri similia. Sed non inconsulte hoc agit, quoniam Sallustius posuit scribens historiam, quod antea passim homines ferino more vixissent.

Hic sane incipit artis rhetoricae defensio ex his, quae per eam facta sunt. Homines ad humanitatem deductos per rhe-
40 toricam dicit. Iam magnum principium et laudis et defensionis! Deinde honestior processus est, cum dicit per eam cognitum, quicquid divinum est et humanum; deinde honestissimus exitus, quia ars rhetorica nos facit scire, quid sit utile, quid honestum, quid iustum. Defendit ergo rhetoricam, ut
45 diximus, tripertita narratione: Ante rem, in re, post rem: Quod inconditi mores et ferini fuerint ante rhetoricam, inventa arte quae commoditates accesserint, quantum postea

17,23 Aen. 4,365 **17,27** Cic. div. in. Caec. 1 **17,35** Catil. 1,1 **17,45** p. 16,2

17 *aγ*]
17,25 *add. Jak.* **17,26** est ut *γ*: ut *B*: aut *P* **17,27** *lac. stat. Jak.* **17,29** provinciae *Jak.*: poenae *ω* **17,30** recedere *Castiglioni*: recidere *ω* **17,31** quidem *a* **17,34** *lac. ind. Jak.* **17,35** consulte *a* **17,44** ergo *a*: igitur *γ* **17,45** ratione *γ* in re *Jak.*: in rem *ω*

res hominum profecerint. Et nunc ante rem instituit dicere quid fuerit.

Vitam propagabant Quod vere ferarum est solam pro- 50 pagare vitam, non memoriam.

Nec ratione quicquam animi hoc est sapientia. Hic rationem artem dicit. Ergo ante rationem non habuerunt, sed postea didicerunt. Non erat ergo naturae. Nam sicut visus auditus odoratus cum homine nascitur, sic et rhetorica cum 55 homine fuisset nata, non instituta per alios, sed per rerum naturam <***

Sed pleraque viribus corporis ***> quia in contrariis duobus haec necessitas est, cum non habeant medium, ut sublato uno maneat alterum, quod contrarium est, <sic necesse 60 est,> ut sublata visione caecitas sit in contrarium. Ubi est medium, non est eadem necessitas, ut in bono aut in malo, cum sit medium 'non bonum non malum'. Si sustuleris malum, non continuo bonum remanet; sic sublata ratione animi non sequebatur, ut corporis viribus omnia fierent, quia 65 inter vires corporis et virtutem animi est medium, quod nec virtus sit animi nec corporis vires, ut sunt naturales appetitus, qui nec ratione animi fiunt nec corporis viribus.

Nondum humani officii Cecidit quaestio; sane enim dixit ad res divinas rationem pertinere, ad humanas officium. 70 <Non est tamen contrarium> *non officii ratio*: Nisi enim ratio fuerit, non procedit officium. Ideo hic ratio pro officio collocatur; ponitur enim continentia pro eo, quod continetur.

18,69 inv. 1,1

18 *aγ*]

18,50 propagabant *γ*: propugnabant *a* propagare *γ*: propugnare *a* **18,52** ratione *γ*: ratio nec *a* **18,56** fuisset *Jak.*: fuit *ω* **18,57–58** *lac. sign. Jak.* **18,60–61** *add. Jak.* **18,66** virtutem *a*: vires *γ* **18,69** nondum] *fort.* non *cum Cic.* **18,71** *suppl. Jak. e. g.*

75 **Nemo nuptias** Ideo nemo *certos aspexerat liberos*, quia *nemo legitimas viderat nuptias.*

Non, ius aequabile Inter aequale et aequabile hoc interest: Aequale est, quicquid in melius corrigi non potest, id est, quod per se aequum est. Aequabile est, quod alia re 80 exaequari potest. Aequale est, si des omnibus militibus centena sestertia, aequabile, si pro merito uniuscuiusque des. Ergo hic magister iustitiae ius aequabile secundum philosophos dixit. Dicunt enim philosophi, qui veritatem exprimunt, malum medium, unde Virgilius: *In medium quaere-* 85 *bant* et item, ubi culpam exprimit ita dicens: *Nec partem posuere suis* et Lucanus: *Omnia dat qui iusta negat.*

Quid utilitatis haberet, acceperat Bene *acceperat*, ut ostenderet illis defuisse doctrinam.

Ita propter errorem atque inscientiam Ubi error et in- 90 scientia, ars nulla est; haec duo per artem remota sunt. Vides ergo esse artem. Inter errorem atque inscientiam hoc interest: Inscientia est, si dicas te nescire quod vere nescias. Error est, si putes te scire quod nescis, veluti si ducas aliquem per malam viam, dum credis te scire, quod bona sit; 95 unde Virgilius: *Seque novo veterum deceptum errore locorum*, quia putaverat scire, quod nesciebat.

Caeca ac temeraria Caecitatem ad inscientiam, temeritatem retulit ad errorem.

Dominatrix Bene *dominatrix*, quoniam, quaecumque 100 sunt, quae ex animi descendunt sententia, ad cupiditatem veniunt; cupiditas autem amorem facit, iram de praecordiis excitat, ad avaritiam mentem stimulat.

19,84 georg. 1,127 **19,85** Aen. 6,611 **19,86** 1,349 **19,95** Aen. 3,181

19 *aγ*]
19,87 haberet acceperat *PG Cic.*: acceperat haberet *Bδ* **19,89** per *a* **19,91** inter – inscientiam *bis a* **19,96** se scire *γ*

Perniciosissimis satellitibus Bona metaphora: Ut tyranni per satellites stupra sacrilegia crudelitates implent, ita per vires corporis inscientia cupiditates suas explet.

Abutebatur Male utebatur, ut: *Quo usque tandem abutere, Catilina, patientia nostra?*

Quo tempore magnus vir et sapiens Oratorem definit, sed cadit quaestio: Dicit enim Plato: 'Cicero, quid ponis, huius sapientis quae sunt, oratoris privilegia? Ego enim dico medicum fecisse aut philosophum fama divinum aliquem, non tamen oratorem'. Videtur ergo difficillima quaestio, nisi vim verborum perspexerimus. Nam vide Tullium, quam argute ingressus est: *Abditos ratione quadam compulit unum in locum et congregavit*: Ostendit oratorem, non philosophum; congregatio enim contionem significat et non contionatur nisi orator. Nam Caesar et Pompeius imperatores fuerunt, sed tamen cum contionantur, non dicuntur imperatores, sed oratores. Item dicens *et eos unam quamque in rem inducens utilem atque honestam* ostendit oratorem, non philosophum. Nam philosophus tantum tendit ad indaginem veritatis, oratoris autem est, ut diximus, contionari vel de honesto utilique tractare. Deinde dicens *propter rationem atque orationem* ostendit oratorem ipsa verborum proprietate. Proprie enim <o>ratio est oratoris, disputatio philosophi, ut ipse alibi: *Hic ego dubitem in hanc disputationem ingredi.*

Hunc autem virum alii dicunt Mercurium, alii Orpheum, alii Tisian, alii Coracen, alii Saturnum, quando latuit, ut Vir-

20,106 Cic. Catil. 1,1 **20,122** p. 20,116; p. 17,43 **20,126** inc. orat. frg. 21 Sch. = 16 P.

20 *αγ*]
20,103 bona metaphora *FG*: -am -am *ω* **20,105** expleret *γ* **20,109–110** *dist. Meerwaldt* **20,116** congregationem *α* **20,118** cum *om. α* **20,122** dicimus *α* **20,125** *add. Martin* **20,126** ego P^2: ergo *ω* **20,128** t(h)esian *ω* coraten *B*: -em *cett.*

gilius: *Is genus indocile ac dispersum montibus altis / compo-*
130 *suit*; alii Diphyen, regem Atheniensium, qui primus nuptias invenit, alii <Empedoclen> physicum dicunt, qui primo tempore multum vixit. Hic enim cursu temporis sapientior videbatur omnibus.

Cognovit In eo ipso, quod *cognovit* et ante non habuit,
135 per artem habere coepit. Non est ergo in natura, quod postea cognoscitur.

Quae materies Materies est res ea, ex qua multa possunt effici, ut aurum argentum ebur lignum; et animus materies est; nam ex illo multa fiunt. Fit enim orator, fit philosophus
140 poeta pictor artifex cuiuslibet rei, sed ex his materiis solus artifex quiddam efficit. Ita ergo et hic vir, qui animos ad aliquid inflexit, artifex fuit et ars est.

Ad maximas res Ut separet animum a ceteris, addidit *maximas*. Nam quamvis ex auri materia fiant res pulchrae, ma-
145 iores tamen ex animi; nam conduntur urbes, feruntur leges, ineuntur societates, humana ac divina iura nascuntur.

Opportunitas qua facile fecit.

Si quis eam possit elicere quasi oppressam et supercrescentibus vitiis dissimulatam et non eam, quae luce possit
150 erumpere, ut ostendat etiam doctrinam.

Et praecipiendo meliorem reddere Expressit oratoris dignitatem. Quid est enim orator? Melior bono. Ut puta 'ego et tu ingeniosi sumus. Sed ego volui audire oratorem, tu noluisti; ego qui parueram, melior effectus sum praeceptis
155 eius. Ferrum vel cetera materia incude vel malleo excuditur, ingenium vero praecipiendo'. Natura ergo omnia fecit, sed

21,129 Aen. 8,321 sq.

21 *aγ*]
21,129 is *Jak. Verg.*: sic *a*: hic *γ* **21,130** Diphyen *Martin*: dipen *ω* **21,131** *suppl. Jak.* (Sisyphum *vice* physicum *Martin)* **21,134** et *om. a* **21,137** materies[2] *om. a* **21,147** qua *GB²M* (quę *V*: *def. R)*: quia *a*

ars pulchriora reddidit, ut ebur aurum; unde illud: *Quale manus addunt ebori decus.*

Qui dispersos homines Iam ostendere vult ante rhetoricam homines feras et pecora fuisse; nam disperse et errando vitam agere et abditos in silvis et cogi in unum locum vel bestiarum esse vel pecudum, ut poeta noster: *Mille meae Siculis errant in montibus agnae.* Item: *His ego saepe lupum fieri et se condere silvis.* <Et item>: *Compulerantque greges Corydon et Thyrsis in unum.*

Ratione quadam hoc est eloquentia mixta sapientiae.

Et eos unam quamque Ergo non est naturae rhetorica, quam omnes non habent. Nam si fuisset naturae, omnes essent oratores.

Utilem atque honestam Hominibus enim feris prius monstranda fuit utilitas, ut sic honestatem discerent.

Primo propter insolentiam Hic cecidit quaestio: Persona Aristotelis: 'Ergo si reclamant, vides, quia mala est rhetorica'. Ideo addidit *propter insolentiam.* Hic etiam Platoni respondit; nam si fuisset in natura, reclamare minime potuissent. Ergo ut ostendatur non esse naturalis rhetorica, sed artificiosa, reclamasse eos primo dixit. Quodsi naturalis fuisset, nec fuisset studium nec mora discendi, sed statim rapti essent ad scientiam. Artem etiam esse in omni re non naturalem Virgilius probat, qui ait: *Unde nova ingressus hominum experientia cepit?*

Propter rationem atque ut ostendat rem utilem sapientiae ratione et eloquentiae viribus facilius esse persuasam.

22,157 Verg. Aen. 1,592 **22,162** Verg. ecl. 2,21 **22,163** ecl. 8,97 **22,164** ecl. 7,2 **22,180** georg. 4,316

22 *αγ*]
22,157 reddit *γ* **22,162** est *G* **22,164** *suppl. Jak.* **22,167** unam in quamque *δ*: in unamquamque *G* naturae *G*: -a *ω* **22,170–171** fuit monstranda *γ* **22,183** ratione et *Jak.*: -ionem *ω*

Mites reddidit et mansuetos 'Mitis' est, qui animo mitis
185 est. 'Mansuetus' est, qui ut mitis sit, man<u con>suetus fit.
Prius ergo ut sit mansuetus, deinde ut sit mitis. Est enim
'mansuetus' in opere faciens, 'mitis' in animo patiens.

<Ac mihi quidem hoc nec tacita videtur nec inops dicendi **1,3**
sapientia perficere potuisse>, quae homines a consuetudine
subito converteret Laudat eloquentiam oratoris, qui, quae
per sapientiam invenit, per eloquentiam profert. Retulit et-
5 iam ad illud: Orator quid est? *Vir bonus dicendi peritus*, qui
benivolentia et arte totum mitigat, ut est illud Virgilii:

Ac veluti magno in populo cum saepe coorta est
seditio saevitque animis ignobile vulgus
iamque faces et saxa volant, furor arma ministrat;
10 *tum pietate gravem ac meritis si forte virum quem*
conspexere, silent arrectisque auribus astant;
ille regit dictis animos et pectora mulcet:
Sic cunctus pelagi cecidit fragor.

Ac mihi quidem videtur hoc nec tacita Ergo, ut supra di-
15 ximus, laborat orator, ut probet hoc a solo oratore potuisse
fieri, non a philosopho vel ab aliquo sapiente. Nam sapien-
tia philosophi tacita est et inops, oratoris autem <eloquen-
tia> dicendi copiosa. Orator igitur fuit. Nihil enim prodest
aliquid ingenio invenisse † si, unde fluxerint.
20 **Subito converteret** Superius dixit *primo reclamantes*, sed
<hic> *subito*, quantum ad longitudinem feritatis pertinet. Et

23,5 Cato ad Marc. fil. frg. 14 J. **23,7** Aen. 1,148–154
23,14 p. 20,108

23 *aγ*]
23,185 *add. Jak.* **23,187** faciens *Martin*: -ntis *ω* patientis *γ*
23,1–2 *suppl. Jak.* **23,3** convertunt *a* **23,17** *add. Jak.* **23,20**
subito converteret (-rit *ω*) *vice lemm. rest. Jak.* **23,21** *add. Jak.*
quantum] quod *Beck*

voluit vim perfecti oratoris exprimere, ut videatur ars displicuisse ante suasionem, accepta vero suasione oratoris subito eorum conversos animos.

Et ad diversas vitae rationes Hoc loco et adversatus est philosophiae. Illi enim omnium rerum originem philosophiam dicunt, iste magis dicit rhetoricam. Nam dicendo *et ad diversas vitae rationes traduceret* vult videri ex rhetorica geometras, mathematicos diversarumque artium exisse professores. Si, ut diximus, animis hominum naturalis ars fuisset impressa, non diceret *ad diversas rationes*, sed omnes essemus oratores, quod nobiscum videbatur natura genuisse perfecta.

Iam artis rhetoricae defensio parabatur de praeterito tempore, cum errabant; de praesenti quoque tempore, sapiens <cum> collegit errantes. Modo de futuro agit dicens *ut fidem colere et iustitiam retinere discerent.*

Age vero urbibus constitutis Quia supra dixit *multas urbes constitutas.*

Ut fidem colere et iustitiam retinere discerent Urbs enim constare non potest, nisi fuerit iustitia, ut Virgilius: *Partibus aequabat iustis aut sorte trahebat* et alibi: *O regina, novam cui condere Iuppiter urbem / <iustitiaque dedit gentis frenare superbas>*. Et hoc est postremum, quod duobus philosophis respondet: Nam quod discitur, natum non est. Ergo ars est,

24,38 inv. 1,1   **24,41** Aen. 1,508   **24,42** Aen. 1,522 sq.

24 *αγ*]

24,26 originem *om. γ*   **24,30** si ut *Jak.*: sed si ut *G*: sed ut *δ*: sicut *a* dicimus *γ*   **24,34** parabatur *Jak.*: paratur *ω*   **24,36** *suppl. Jak.* colligit *a*   **24,37** colere … retinere discerent *Martin Cic.*: colerent … retinerent dixit *ω*   **24,38** urbibus constitutis *Jak. Cic.*: urbes innumeras *ω*   **24,40** ut … discerent *om. γ* colerent *a*   **24,43–44** *suppl. Jak.*   **24,44** duobus *Martin*: vobis *ω*   **24,45** respondet B^1: -deretur *ω*: -detur *Beck*

non natura. † Ubi autem fides et iustitia † aliter enim esse non potest. Et bona est rhetorica.

Fidem colere Quod ait *plurima bella restincta*, ut post bellum fidem pacis compositae custodirent.

50 **Iustitiam retinere** secum scilicet et cum aliis civitatibus.

Et aliis parere sua voluntate Ad plenam iam informatam humanitatem adiecit *sua voluntate parere* non iam praesumentes virium tyrannidem.

Ac non modo labores excipiendos communis commodi 55 **causa, sed etiam vitam amittendam existimarent** Intellegerent iam gloriosum esse pro patria, pro re publica mori. Et vide, quantum crescant bona rhetoricae! Antea enim qui nihil habebant aequabile, modo pro se etiam mori coacti sunt. Et quare ita praefert Tullius rhetoricam? Quia cupit ei 60 subicere civilem scientiam, dum sit rhetorica subiecta civili scientiae; civilis autem scientia est, sicut dicemus, quae parit commoda, res ut videatur bona, quod est Aristoteli contrarium.

Qui tandem fieri potuit Sensus quidem plenus est, sed 65 quia velut interrogatio est *qui fieri potuit*, conclusio necessaria fuerit et est haec: *Profecto nemo nisi gravi ac suavi commotus oratione* et cetera.

Nisi homines ea, quae ratione invenissent, eloquentia persuadere potuissent Id enim per solum oratorem factum est, 70 cuius est inventa apte eloqui.

Gravi ac suavi commotus oratione *gravi* ad sapientiam, *suavi* ad eloquentiam, id est *gravi* ad probandam sententi-

25,48 inv. 1,1 **25,61** p. 37,81

25 *aγ*]

25,46 enim *om. γ* **25,50** iustitiam retinere *Jak.*: fidem colerent (-ere *Martin*) *ω* **25,51** plenam *Martin*: -um *ω* **25,55** etiam *Martin Cic.*: et *ω* *fort.* <id est> intel. **25,59** profert *Martin* **25,61** dicemus *Jak.*: dicimus *ω* parit *Martin*: pariter *ω* **25,62** Aristoteli *FG*: -is *ω* **25,70** loqui *a*

am, *suavi* ad verborum delectationem. Rhetor enim ad aliquantum maturus est, ad aliquantum suavis. Orator ergo fuit, qui eloquentia divulgavit, quod sapientia invenit, et so- 75 lius est oratoris, non philosophi, qui solam sequitur veritatem. Et factum Platonis probat, qui etiam eloquentissimus fuit, in quo a nonnullis reprehensus est: Cuius cum auditor Demosthenes verborum eius tantum elegantiam laudaret, non illa, quae gravius severiusque diceret, ab eo est ex scho- 80 lis eiectus. Cui ait: 'Tu esse philosophus non potes, quia tantum ornamenta verborum, non fidei rationem sequeris.'

Ad ius voluisset sine vi descendere Voluntatis enim fuerat, quod parebant, qui poterant viribus repugnare; et *ad ius* bene dicit, quasi omne ius bonae vitae sit in rhetorica 85 positum.

Ab iucundissima consuetudine recedere<t, quae praesertim iam naturae vim obtineret> propter vetustatem *Ab iucundissima consuetudine* ideo, quia consuetudo secunda natura est. Probat enim, quemadmodum feritas potuerit esse 90 iucunda: 'Quia erat', inquit, 'naturalis'. Quicquid autem ab natura venit, iucundum est; longitudine enim temporis, sicut diximus, naturam implet <consuetudo>.

Ac primo quidem sic et nata et progressa longius eloquentia videtur et item postea maximis in rebus pacis et 95 belli cum summis hominum utilitatibus esse *Nata* dixit ad eloquentiam, *progressa* ad sapientiam, et bene implet modo tres narrationes: Ante rem, in re, post rem. Nam quod dicitur *nata*, ante rem est. Omnis enim res primum nascitur, deinde progreditur vel usu vel doctrina, quod est in re. Rhe- 100

26 *aγ*]
26,77 *fort.* <hoc> et **26,80** gravius *γ*: superius *a* **26,87–88** *suppl. Jak.* **26,91** inquit erat *γ* **26,93** *add. Jak.* **26,95** et item *γ*: etiam *a* **26,98** in re *Jak.*: in rem *ω* **26,99** est *om. a* **26,100** vel[1] *Martin*: ut *a*: *om. γ* vel[2] *a*: atque *γ* in re *Jak.*: post rem *ω*

torica enim, ut supra diximus, constat ingenio, ut inveniat, usu, ut proficiat, doctrina, ut praesumat; sed quia hae res et in malis rebus esse possunt, ideo illum tertium modum, qui est postremus, cautius posuit dicendo *cum summis hominum*
105 *utilitatibus esse versata.* Summae enim utilitates ad civilia pertinent; nam sunt et perditae utilitates. Deinde dixit *hominum utilitatibus* communem tantum, non rerum; rhetoricam non esse rebus malis communem, sed humanis et summis utilitatibus esse communem.

110 Et vide, quam bene dixit *nata et progressa* et *cum summis hominum utilitatibus esse versata*, ut videatur ita profecisse, ut nata est. Multa enim bene nata immutantur, ut est illud: *Bonis initiis malos eventus habuit.*

Maximis in rebus Sunt maximae res pacis iusta sententia
115 in iudicando, provisio circa cives fame laborantes, aedificia publica vel templorum etc. Quae sunt belli? Bene ducere milites, receptui opportune canere, loca munita occupare etc. Vide, quomodo totum rhetoricae dat, sicut diximus, ut subiciat ei civilem scientiam.

120 **Postquam vero commoditas** Superius dictum est, quae commoda in rem publicam per oratores venerint, nunc de incommodis dicit nec dicit ea per oratores illata, sed per imperitos; imperiti enim oratores appellari non possunt. Et utitur statu remotivo, ut incommoda rhetoricae in homines
125 imperitos convertat.

Commoditas a quibusdam 'lucrum' exponitur, sed non ita <est>. Nam commoditatem modo bonum dixit ingenii; quod cum illi haberent, artem requirere noluerunt, sed freti sola stultitia professi sunt ea, quae non didicerant. Quae res per-

27,101 p. 11,55 **27,113** Sall. Catil. 11,4 **27,118** p. 25,59

27 *aγ*]
27,105 versatam *γ* enim *om. γ* **27,107** communem tantum *Jak.*: communiter *ω* **27,111** versatam *γ* **27,117** cavere *γ* **27,120** est *om. a* **27,125** imperitos *om. γ* **27,127** *suppl. G*

niciosa extitit, quae virtutem, id est doctrinam, imitaretur; 130
virtus autem doctrina dicitur, quia virtus in homine non nascitur, sed discendo adquiritur. Nam natura materiem quandam informem creat, quam postea ad virtutem doctrina perducit. Hoc ita esse ex Polemone et Xenocrate docebimus.
Nam cum Polemo luxuriosus cum choro suo unguentis oblitus sertisque coronatus scholas Xenocratis, ut illi illuderet, 135
fuisset ingressus, constantissimus philosophorum patienter ferens instituit disputationem de bono continentiae maloque luxuriae tantaque virtutis eius vis fuit, ut paulatim Polemo luxuriosus cum choro suo coronas de capite traheret abscondens <unguenta>que detergeret, atque alio die mutato 140
habitu scholas auditor, non illusor intraret. Ergo videtur non nasci, sed disci. Habemus etiam divini poetae exemplum; qui cum Saloninum diceret de caelo demissum, virtutes tamen ei esse discendas, ait: *Iam nova progenies caelo demittitur alto* et postea 145

At simul heroum laudes et facta parentis
iam legere et quae sit poteris cognoscere virtus.

Commoditas quaedam prava Secundum Platonem, qui duo genera dicit esse oratorum, bonum et malum, modo tractat de malo. *Commoditas* est ingenium sine arte. Quintilianus hoc sic intellexit, ut diceret commoditatem dixisse Ciceronem <quaestum>, id est lucrum, ut videatur mala facta 150

28,145 Verg. ecl. 4,7 **28,147** ecl. 4,26 sq. **28,152** inst. 1 pr. 13

28 *aγ*]
28,131 quia *Martin*: quae *ω* **28,132** dicendo addiscitur *γ* **28,133** perducit *a*: ꝑeed· ꝑueihit *R*: ꝑceđ *V*: producit *G in ras.* **28,140–141** traheret abscondens <unguenta>que detergeret *Jak.*: traherent *(-et iam G)* abscondentesque *(-*densque *iam G)* deterrerent *(-*et *G) ω* **28,144** Saloninum *GV*: Solianum *ω* demissum *G*: di- *ω* **28,145** ait *Martin*: ut *ω* **28,149** quidem *a* **28,153** *suppl. Jak.*

rhetorica, posteaquam eloquentia coepit esse venalis. Eusebius commoditatem ex ipso Tullio probat non significare quaestum, sed ingenium; nam 'lucrum' non est idoneum, quod virtutem possit imitari. Commoditatem ergo benignioris ingenii venam intellegamus. Nam quia hoc potuit – licet prava et mala rhetorica, ut solo usu confidentes saepe in iudicio mentirentur – crimen illorum arti applicatum est.

Prava virtutis quae dum esset expers artis ipsa, ingenii commoditas imitabatur doctos. Omnia enim vitia quandam imaginem videntur habere virtutum: Sic latro vir fortis videtur, sic avarus frugi, sic luxuriosus liberalis, sic dissolutus clemens, sic crudelis severus, sic inbecillis moderatus. Hoc non fugit Sallustium, qui ait: *Nam honores bonus et malus aeque sibi exoptant, sed ille via vera nititur, huic quia artes bonae desunt, dolis atque fallaciis contendit.*

Sine ratione officii dicendi copiam consecuta est id est eloquentiam habuit sine sapientia.

Tum ingenio freta malitia id est imperitia, quae tantum praesumebat, ut sibi hoc, quod non erat, vindicaret. Imperitus omnis malus est, quia, quid sit iustum, ignorat, ut Terentius: *Homine imperito nihil quicquam iniustius.*

Malitia pervertere urbes id est quas custodierat artificiosa eloquentia.

<Vitas hominum> labefactare quos bene munierat perfecta rhetorica.

Exordium mali id est malae rhetoricae secundum Platonem. **1,4**

29,166 Catil. 11,2 **29,174** Ad. 98

29 *aγ*]
29,158 venam ingenii *γ* quia *om. a* patuit *γ* **29,159** ut *om. a* saepe *Jak.*: rem publicam *ω* **29,165** demens *a* **29,168** sunt *a* **29,169** consecuta *Martin Cic.*: -us *ω* **29,175** malitiosus *a*: -ius *γ; corr. Martin* **29,177** *suppl. Jak.* munierat *Jak.*: non imbuerat *ω*

Quoniam principium boni bonae rhetoricae secundum ipsum, qui duas esse dixit.

Veri simillimum et non verum, quia haec coniectura colligit Tullius. Quicquid enim coniectura colligitur, veritatis habet imaginem, non continuo ipsam veritatem. Dubitat autem dicendo 'veri simile', quoniam Academicus est, qui semper dubitant.

Neque in rebus publicis infantes et insipientes solitos esse In politia sua dicit Tullius 'rectorem rei publicae summum virum et doctissimum esse debere ita, ut sapiens sit et iustus et temperans et eloquens, ut possit facile currente oratione animi secreta ad regendam plebem exprimere. Scire etiam debet ius, Graecas nosse litteras, quod Catonis facto probatur, qui in summa senectute Graecis litteris operam dans indicavit, quantum utilitatis haberent'. Ergo summus quisque et talis, qualem diximus, rei publicae gubernaculis invigilans a privatorum negotiis removebatur. Hinc imperiti quidam et indocti, qui se cottidiano usu et calumnia exercitatos tantum malitiae, non sapientiae reddiderunt, incipiebant summorum illorum clientes opprimere. Qui lacessiti improborum iniuriis cum ad patronorum auxilium confugerent, desertis gubernaculis ad defensionem supplicum descendebant. Et cum in iudicio improbitas exercitatur † terentius et imperitus pro se queritur †. Illos enim ut sapientes imperita multitudo laudabat indoctos eosque, cum dignos magis puta-

30,4 cf. p. 28,149 **30,11** rep. 5,2 (p. 117,10 Z.)

30 *αγ*]

30,6–7 imaginem habet *GV* (imag. *om. R*) **30,9** semper *γ*: rem p. *α* **30,10** nanque *α* solitos esse *γ*: subvertuntur *α* **30,11** rectorem *P*: rethorem *ω* (rei p. reth. *γ*) **30,19** hic *α* **30,21** malitiae … sapientiae *Martin*: -a … -a *ω* **30,24** *fort.* <illi> desertis descendebant GP^2: def(f)endebant *ω* **30,25** terentius *om. γ, fort. recte; vel e. g.* (temerarius) et imperitus in re p(ublica) versatur

bat, rei publicae praeficiebat. Ad quam cum accessissent, quia erant imperiti, multam dabant perniciem et laborem
30 civitati. Hinc in invidiam vocabatur rhetorica, quod per oratores magna in patriam commoverentur incommoda non habita ratione, utrum per doctos an per imperitos haec fierent. Quam invidiam vitans quisque optimus se ad aliud studium ferebat vel philosophiae vel poeticae vel matheseos. Et be-
35 ne orator has dicit etiam artes a rhetorica sumpsisse principium.

Neque in rebus publicis infantes et insipientes Doctiores ideo rem publicam administrabant, quia in publicis rebus iustitia et prudentia est, in privatis autem calliditas et versu-
40 tia. Quaeris enim, quemadmodum res alienas tollas et cetera similia. Ad has res ergo illi politici et doctores non accedebant, sed gubernabant res maximas, id est rem publicam, ut illud Virgilii est: *Quo res summa loco, Panthu?* Sic et Cicero, ut se perfectum ostenderet oratorem, ait *in causis iudi-*
45 *ciisque publicis.* Vides ergo, quia illi neminem laedunt, qui publica negotia procurant.

Et hic ostenduntur duo genera esse oratorum, sicut Plato dicebat; nam illius haec sententia erat rhetoricas duas esse et duos oratores et subiungebat: Ars non est, natura est.
50 Innascitur malitia, facit malum oratorem; innascitur bonitas, facit bonum. Ergo duae rhetoricae et oratores duo. E contra Aristoteles dicebat unam artem esse, sed oratores duos. Quando iniuste utitur rhetor arte, et ipse malus est et ars; quando bene, et ipse bonus est et ars, sicut gladius, si ho-

31,43 Aen. 2,322 **31,44** div. in Caec. 1

31 *αγ*]
31,28 praeficiebat *G*: -bant *ω* **31,30** hic *α* **31,32** an per imperitos *om. γ* **31,32** hoc *γ* **31,33** aliud B^2: alium *ω* **31,34** matheoss(a)e *α* **31,35** orator has *Jak.*: ratos *ω* artes *Martin tac.*: -is *ω* a *om. γ* **31,37** namque *α* **31,51** duo oratores *γ* **31,54** est *om. α*

stem percusserit, bonus est, si parentem, malus. Hoc Aristotelis dictum hoc syllogismo expugnabat Plato dicens bonam rem et malam ex uno fonte emanare non posse ambas, id est unum principium habere non posse, ut ignis, quia natura calet, frigidus esse non potest; nec verum esse malum aut <bonum> gladius potest, si illo male homo utitur, sed ipse homo malus est. Nam illum natura ad utilitatem procreavit, quae mali nihil genuit. Quem secutus Cicero in illo loco de genere rhetoricae significavit dicens *atque huius quoque exordium mali*. Vides ergo, utrumque separavit. 55 60

In hoc autem loco expugnat et Platonis et Aristotelis sententiam Tullius. Dicebat Plato esse rhetoricam, sed naturalem esse, non tamen artificiosam. Ecce excludit illum dicendo 'quoniam illi, qui in commoditate, id est natura et ingenio, praesumpserunt, perdiderunt rem publicam'; excludit et Aristotelem, qui dicebat esse artem, sed malam, convertendo in homines imperitos, quod gestum est, non in artem. Nam poterat modo dicere Aristoteles: 'Probo multa mala rei publicae per rhetoricam facta'. Ideo Tullius hominibus id quod male factum est dat, ut sit ars bona. 65 70

Infantes et insipientes Quomodo *infantes*, qui supra dixerat *copia dicendi*? Sed hic dixit *infantes* 'male fantes', id est sine arte dicentes. 'Male fari' enim non '<non> fari' est, sed sine arte declamare; 'fari' enim 'dicere' est. 75

Ad parvas controversias id est pro causidicis. Nam ***

Cum saepe a mendacio contra verum stare homines consuescerent Hoc dicendo ostendit imperitos; mentiri enim im- 80

32,63 inv. 1,4 **32,76** inv. 1,3

32 *aγ*]
32,60 *suppl. Jak.* homo male utitur *δ*: m. u. h. *G* **32,64** *fort.* <quia> utr. **32,65** autem *a*: quoque *γ* **32,70** convertendum *a* **32,73** adeo *a* **32,77** *add. Jak.* sed *γ*: sicut *a* **32,79** pravas *a* *lac. sign. Jak.* **32,80** hom. cons. *Martin Cic.*: hoc cum sunt *a*: consuescerent *γ*

periti est; ergo vides iam, quoniam ars est; quam qui nescierit, non potest esse nec hoc facere, quod artifex orator.

Ut et multitudinis et suo iudicio Utrumvis improbum;
85 nam neque suo neque multitudinis imperitae iudicio fidendum est.

Temerarii atque audaces homines accesserant Inter temerarium et audacem hoc interest, quod temerarius semper in malo ponitur, audax τῶν μέσων est, ut est illud: *Audentes*
90 *fortuna iuvat* et item illud: *Audacia pro muro habetur*, licet hoc dixerit Catilina. Bene itaque Tullius, posteaquam dixit 'temerarios', subiunxit *audaces*, ut ex praecedenti verbo qualitas audaciae nasceretur.

Maxima ac miserrima naufragia fiebant Perseveravit in
95 metaphora: Supra enim dixit *gubernacula rei publicae*, subiecit *naufragia*. *Miserrima* ideo dixit, quoniam dicebant veteres, quicquid male in cives vertebatur, miserrimum, unde alibi Tullius: *Et quia mihi videbatur haec misera atque miseranda*, et Virgilius: *Oriturque miserrima caedes* et iterum:
100 *Quid miserum, Aenea, laceras?*

Tantum odii atque invidiae suscepit Quam bene purgavit illud, quod dicitur ab Aristotele malam esse rhetoricam, dicendo malam factam per malos homines!

Ut homines ingeniosissimi id est politici et magni rheto-
105 res.

Sic ex seditiosa ac tumultuosa vita id est ex rhetorica, quae inquieta est seditionibus, contentionibus, odio, iudicio

33,89 Verg. Aen. 10,284 **33,90** Sall. Catil. 58,17 **33,98** Catil. 4,12 **33,99** Aen. 11,885 **33,100** Aen. 3,41

33 *αγ*]
33,82 ars est *BG*: est ars *Pδ* **33,84** suo et multitudinis *γ* **33,87** homines *γ Cic.*: huc *α* **33,89** tonmeson *ω, rest. Ammon* **33,98** atque *α Cic.*: et *γ* **33,99** et[1] *Jak.*: ut *ω* iterum *γ*: ibidem *α* **33,100** eneam *γ* **33,101** qua *α*

<improbo> et reliquis talibus. Unde adhuc bonam in tantum probat artem, ut eam magis malum fugisse contendat.

<Se in studium aliquod traderent *>** sed se in studium quoddam converterent: Ad philosophiam, ad artem grammaticam, ad medicinam. Et vide, quomodo, sicut saepe diximus, has artes diversas ab oratoribus dicit inventas. 110

Hoc vero id est rhetorica.

A plerisque eorum <desertum> obsolevisse ab his videlicet, qui erant optimi. 115

Quo multo vehementius erat retinendum et studiosius adaugendum Oritur hic quaestio: Magni et sapientes cur deseruerunt, quod magis gubernare debuerant? Sed bene excusantur, ut videantur doctiores eo tempore, quo magis prodesse rei publicae poterant, non odio artis rhetoricae fecisse, sed odio imperitorum. Sed non hoc prudentis est commissum sibi gubernaculum rei publicae odio cuiusque deserere. Sic ergo intellegimus, ut dicamus studium habere Ciceronem vituperare Graecos et reprehendere. Nam dicit hoc Romanos non fugisse, id est intellexisse non esse deserenda gubernacula civitatis: Catonem, Laelium, Africanum et Gracchos. 120 125

1,5 **Nam quo indignius rem honestissimam et rectissimam violabat stultorum et improborum temeritas et audacia summo cum rei publicae detrimento** Demonstrat illos non recte

34,112 p. 24,25; p. 31,35

34 *aγ*]

34,108 *add. Jak.* **34,110** *suppl. Jak.* sed *om. γ* **34,111** quoddam *γ*: quidem *a* **34,114** haec *a* **34,115** *suppl. Jak.* obsolevisse *G (*absolev- *V)*: absolv- *ω* **34,117** agendum *a* **34,118** cur *Jak. (*quare *G)*: qui *ω* **34,119** excusant *a* **34,120** doctores *BR* **34,121** poterant] debuerant *G, fort. recte* **34,125–128** nam – Gracchos *post p. 35,16* potuissent *ω; transp. Jak.* **34,1** quo indignius *γ Cic.*: cum indignus *a* **34,2** violabat stultorum *om. a*

deseruisse. Itaque cum dicit *nam quo indignius rem honestis-*
5 *simam violabat stultorum temeritas*, dat causam, quare debuerint ad resistendum excitari sapientes. *Rem* autem dicit *honestissimam* actum sapientiae. Deinde cum dicit *stultorum et improborum temeritas et audacia*, ostendit facile illos opprimi potuisse. Postremo quod ait *summo cum rei publicae*
10 *detrimento*, assignat necessitatem, qua debuerint in regenda re publica permanere. Itaque dat causam et facultatem, quibus docet primum non debuisse sapientes rem publicam derelinquere, deinde ut vel relictae illos oportuerit subvenire. Est autem prima causa, quod videbatur violari sapientia,
15 altera quod magna <cum> eversione rei publicae, facultas vero, quod ab his, quos facile superare potuissent.

Sed quaeritur, cur hic <inter> optimos rhetores Gracchos enumeret, cum eos constet conturbasse rem publicam. Hoc igitur respondemus in hoc loco Ciceronem verum loqui;
20 nam si consideremus, iustum erat, quod moliebantur senatus consultis, ut populo agrum suum redderent, quem nobilitas occupaverat. Ob hoc ergo perturbasse rem publicam iudicati, quia commutatus civitatis status vel in melius nocet. Cicero ergo quod in quibusdam orationibus illos reprehen-
25 dit, non verum iudicat, sed blanditur nobilitati. Et Scipio, tantus vir, qui productus a tribuno plebis eos dixit iure caesos videri, favore nobilitatis hoc fecit, quia et ipse ex optimatibus erat; nam, sicut in Cornelianis Tullius, *hic mos iam*

35,28 Corn. II frg. 4 Sch. et P.

35 *aγ*]
35,4 quo indignius *γ*: indignus *a* **35,5** temeritas *γ*: more *a* **35,6** exercitari *a* **35,6–7** hon. dic. *γ* **35,8** et audacia *om. γ* **35,9** ait *a*: dicit *γ* **35,15** *suppl. Jak.* **35,17** optimos hic *γ; add. Jak.* **35,18** conturbasse *Halm* (turbasse *γ*): -bare *ω* **35,20–21** moliebantur … consultis *Halm*: moliebatur … consultus *ω* **35,26** cecos *γ* **35,28** nam *γ*: non *a*

apud illos antiquos et barbatos fuit, ut persequerentur populares homines. Laudat ergo oratores Romanos † ut diximus, 30
et hoc dicitur a iudicato †

Quod nostrum illum non fugit Catonem *Nostrum* id est Romanum; et ideo tot virorum proferuntur nomina, ut maior fides sit exempli.

Neque horum discipulum Africanum Quemadmodum di- 35
scipulum dicit, cum in aliis condiscipulum legerimus? Sed intellegere debemus illos natu fuisse maiores. In studiis enim maior minori paene loco magistri est.

Neque eius Gracchos nepotes Dictum est Sempronio inimico Scipionis a quodam in convivio, qui amicos illos facere 40
volebat: 'Amas rem publicam?' Dixit: 'Amo'. Respondit ille: 'Ergo amas Scipionem?' Dixit: 'Amo ex eo, ex quo rei publicae profuit'. Dixit iterum ad Scipionem: 'Amas rem publicam?' Dixit: 'Amo, siquidem conservavi'. Dixit illi: 'Ergo amas Sempronium?' 'Amo' dixit. 'Si amas Sempronium, da 45
ei filiam tuam'. Quod et fecit. Inde nati sunt Gracchi, oratores quos modo dicit.

Quare meo quidem iudicio nihilo minus studendum est In superioribus responsum est duobus philosophis et esse artem et bonam esse artem; nunc profertur ab oratore senten- 50
tia. Sane ex hoc capite iam intratur ad laudationem; purgavit enim primum illata crimina, deinde laudavit et hoc ad rem publicam. Nec magna commoda sunt nec usque adeo bona, quae ad unius utilitatem se tantum porrigunt. Nam interdum et res malae singulis prosunt, ut si quis alterius 55
interitu magnam adquirat pecuniam. Illa vero res digna laude est, quae omnibus pariter prodest, ut rhetorica, per quam rem publicam regimus et nobis dignitatem compara-

36,30 p. 34,125

36 *αγ*]
36,29 persequerentur *Halm*: -quantur *ω* **36,47** dixit *γ* **36,52** illata *α*: illa *γ*

mus et clientes tuemur. Sane bono ordine usus est, ut pri-
60 mum rem publicam dicat, postea ipsum, postea amicos.

Ac mihi quidem videntur Bestias hominibus multis rebus esse meliores certum est. Nam et cursu vincimur et viribus sumus impares et labore et magnitudine, sed eas sola sermonis humanitate superamus, quod habemus gloriosum.
65 Quanto ergo maior gloria est, si eo vincamus alios, in quo ipsi bestiis antecellunt, et tanto his praestemus, quanto illi feris, ut ipsi apud nos ferae sint.

Hoc si forte non natura modo Conclusio contraria Platoni, qui dicit non esse artem, et illis, qui dicunt exercitatio-
70 nem. Adeo iste dedit rhetoricae partem tertiam dicendo: *Verum artificio quodam* et simul ostendit tres <res>, quibus rhetorica constet: ingenium usum doctrinam. Hic quoque eius rei artigraphos dicit Graecos, quos legit et de quibus excerpsit omnia, unde instruxit hos libros.

75 **Sed antequam de praeceptis** Ut intellegatur in exordio non laudem fuisse, sed defensionem. Adhuc memor est Platonis, qui artem esse rhetoricam negat; ideo dicit *antequam de praeceptis.*

De genere ipsius artis, de officio, de fine, de materia, de
80 **partibus <*****

civilis quaedam ratio> Genus est artis rhetoricae *civilis* **1,6** *quaedam ratio.* Et bene a civili coepit, cuius vult esse rhetoricam disciplinam maximam partem, non partis umbram secundum definitionem Platonis. Civilis ergo scientia est, *quae*
5 *multis et magnis ex rebus constat*, quae est in politicis, qui rem publicam vel condunt in bello vel muniunt in pace, ut fuit Romulus peritus artis rhetoricae, id est civilis scientiae,

37,3 Gorg. 463d

37 αγ]
37,61 videntur *Martin Cic.*: -etur ω **37,66** illi γ: illis α **37,68** hoc *G Cic.*: haec ω **37,71** *suppl. Jak.* (tria *G)* **37,72** constat γ **37,76** fuisse *om.* α **37,80–81** *lac. sign. Jak.*

quod instruxit urbem praecedentibus auguriis et in opportunissimo loco, sicut legimus in libris de re publica; deinde quod peritissime bella tractavit: Cuius miles cum fugeret, dixit sibi Iovem dixisse, quod, si in eo loco constitisset, vinceret, quoniam sciebat imperitae multitudini imposita religione citius posse suaderi; atque ideo stetit ibi et vicit. Postea in eo loco Iovi Statori templa constituit. Illud etiam, quod praeclara consilio gessit: Sciebat unius aetatis fore urbem suam, si coniugia non haberet; *** finitimorum nuptias in primo poscere, deinde instructis ludis circensibus arte adipisci.

Aeneam etiam poeta noster peritum civili scientia ostendit, id est politicum. Nam in prima eius laude hoc ponit, quod urbem condiderit, quod religiones invenerit, quod consilia patrum quaesiverit, quod moenia alta fundaverit; quod hi versus probant:

> *Multa quoque et bello passus dum conderet urbem*
> *inferretque deos Latio; genus unde Latinum*
> *Albanique patres atque altae moenia Romae.*

Et licet hoc ipse non fecerit, tamen a posteritate laudatur.

Et bene dixit *quae multis et magnis ex rebus constat*, ne forte diceret sutor aut fullo aut cuiuscumque vilissimae artis professor: 'Habeo civilem scientiam, civitati prodesse possum'.

38,9 2,5 **38,24** Verg. Aen. 1,5-7

38 *αγ*]
38,8 quod *Martin*: qui cum *α*: qui *γ* **38,13** suaderi *G*: -re *ω* **38,14** Statori *Martin*: -orio *ω* **38,15** praeclaro *γ* **38,16** *lac. sign. Martin, qui suppl.* <ideo instituit> **38,17** instructis *R*: -i *ω* **38,22** quaesiverit *δ (def. G)*: -ierit *α* **38,26** romae *γ*: troię *α* **38,29** cuiuscumque *α V*: cuiusque *GR*

Artificiosa eloquentia more suo nuncupavit rhetoricam.
Ita enim dicit: Quid est rhetorica? *Artificiosa eloquentia.*
Nam neque cum his sentimus Inter politicos et rhetores
35 quondam est orta contentio. Dicebant politici calumniantes:
'Quid est rhetorica? Pars minima civilis scientiae, quae facil-
lime contemnitur. Quid enim? Non possumus contionari si-
ne eloquentia aut leges bonas ferre aut exercitum ducere?'
Contra rhetores dicebant sine rhetorica politicam nihil esse.
40 Nam et rhetoris est scire, quemadmodum leges dentur aut
religiones administrentur, quibuscum gentibus debeat dimi-
cari, quibuscum non. Nam et ad bellum exercitus oratoris
oratione succenditur, ut Lucanus contionante Caesare: *Bel-
lorum o socii*, et iterum ostendit orationem nimium profecis-
45 se: *Movit tantum vox illa furorem.* Vides ergo et in bello et
in pace multum posse rhetoricam. Sed Cicero medius est
nec cum politicis nec cum oratoribus praebet assensum.
Videtur sane civilis scientia non indigere rhetorica, quia
genus est. Unde et oritur quaestio; genus enim parte non
50 indiget, sed pars genere, ut puta fons genus est fluminis.
Numquid siccato flumine fons perit? Quodsi fons siccetur,
siccatur et fluvius, quoniam generis pars est. De hac re syl-
logismo Aristoteles tractavit, qui ita solvit hanc quaestio-
nem: Quicquid perfectum natura procreavit, si aliqua parte
55 minuatur, est minus ex ea parte quam perdidit, ut puta ani-
mal genus est, aquila equus pars generis. Si pereat aquila
equus, magna ex parte genus est diminutum. Unde rhetori-
ca civilis scientiae cum *magna et ampla pars* sit, quomodo
non <putari> potest hac indigere aut sine hac stare posse?
60 Unde Cicero medium tenuit, ut et arte rhetorica indigere

39,43 1,299 **39,45** 6,165

39 *aγ*]
39,32 artificiosam eloquentiam *ω, corr. Martin* **39,45** furorem *om. γ* **39,46** est *om. γ* **39,52** syllogismo *(vel* per syllogismum*) Jak.*: solus *ω* **39,59** *add. Jak.*

videatur civilis scientia et civili scientia rhetorica, quoniam *eius magna est et ampla pars.*

Officium autem eius facultatis videtur esse dicere apposite ad persuasionem; finis persuadere dictione Quarum rerum magna coniunctio est, earum est difficilior separatio. 65

Inter officium et finem Hic magna similitudo est. Quid est officium oratoris? *Dicere apposite ad persuadendum.* Quid est finis oratoris? *Persuadere dictione.* Nonne hoc videtur unum atque idem esse? Quod orator intellegens dividit et datis exemplis facit illustrius. Quod facimus, officium dici- 70 tur, illud propter quod facimus, finis; et si quempiam defendamus, quod postulamus, officium est, illud autem, qua causa postulamus, id est ut absolvatur, finis est. Officium scholastici quid est? Studere. Finis, propter quod studet, ut causas agat; ut poeta noster ostendit dicens: *Vade age, nate,* 75 *voca zephyros* et reliqua. Hoc est officium, finis autem hic est: *Naviget! haec summa est.*

Bene addidit *persuadere dictione*, ne si forte, cum hi, quibus persuadetur, non fuerint assensi, in eo iam orator officium suum non implesse videatur. Erit illorum, si velint sequi. 80 Tamen etsi non voluerint, nos persuasimus, quia omnia contulimus, quae causae proderant, ut ipse ostendit dicens: 'Vos si Verrem absolveritis, *ego* interim, *quod ad me adtinet, vici,* qui omnia, quibus damnari possit, adhibui', et adicit, ut ipsum officium monstret: 'Meum fuit cum causa accedere. Si 85 vicisti, praemium consecutus es'. Addidit: '*Non ego spolia, sed existimationem populi Romani* quaesivi. Omnis autem

40,75 Verg. Aen. 4,223 **40,77** Verg. Aen. 4,237 **40,82 sqq.** cf. Verr. II, 1,21

40 *aγ*]
40,61 et civili *(Jak.*: -is *a)* scientia *om. γ* **40,62** eius *Jak. Cic.*: et *ω* **40,63** dicere apposite *om. a* **40,64** persuadere dictione *Jak. Cic.*: persuasio *ω* **40,74** quid *γ*: quod *a* **40,75** dicens *om. γ* **40,78** hi *G*: his *ω* **40,83** absolveretis *a*

populus Romanus novit <me> meum implesse officium et bonam de me opinionem. Ergo habeo praemium senatus
90 consultum et vici'. Et vide cautelam magnam! Si enim dixisset 'finis est persuadere, quod instituerit orator', non erat quo non persuasisset; quod ipse non potuit facere in Philippicis: Persuadere enim senatui non potuit, ut hostis pronuntiaretur Antonius. Ideo ergo addidit *finis persuadere*, quod
95 instituerit, *dictione*. Oratoris igitur est impleto officio finem praesumere; sic ipse in Philippicis: *Quare ego Pisoni maximas <gratias> et ago et habeo.*

Materiam artis eam dicimus, in qua omnis ars et facultas, quae conficitur ex arte, versatur Materia dicitur, sine qua ars nullam potest habere substantiam vel usum et hoc generaliter definitum est de omni materia; ut puta fabri materia **1,7**
5 quid est? Lignum; quod si sustuleris, non habet ubi officium exerceat. Medici quid est? Morbus et vulnera. Tolle aegros et deficit ars. Quid est oratoris materia? Illa tripertita secundum Tullium et Aristotelem, id est deliberatio, demonstratio, iudicialis. Aut enim suades aut dissuades aut laudas aut
10 vituperas aut accusas aut defendis aut petis aut recusas. Ut puta ille petit praemium, contradicit ille: Haec tolle et non habet quod agat orator. Vides ergo, quia caput artis materia est.

Adeo inde incipit oratoria praecepta ponere. Omnes res
15 sane, quae definiuntur generaliter, ita debent definiri. Ideo dixit *artis materiam* et non dixit cuius, ut intellegamus totius. Si dicas laudem viri fortis, generalis definitio est; si dixeris laudem Achillis, iam specialis est. Recte ergo definit: *Materiam artis eam dicimus, in qua omnis ars*, quoniam omnis ars

41,96 1,15 **41,8** Arist. rhet. 1358a

41 *αγ*]
41,88 *add. Jak.* **41,97** *suppl. Jak. auct. G* **41,7** oratori *α* **41,14** ideo *γ* **41,17** dicas *γ*: -amus *α* dixeris *γ*: -ero *α*

in materia versatur *et facultas*, id est quod potest ex arte 20
effici, ut fiat ex ligno ostium, scamnum et cetera.

Materiam artis rhetoricae alii tripertitam dicunt, sicut Aristoteles et Tullius, alii infinitam ponunt:

Nam Gorgias Leontinus, antiquissimus fere rhetor Hic
Gorgias arrogantissimus fuit, cuius inter ceteras arrogantias 25
haec sententia notabilis videtur, qua ait nihil se a quoquam
novi interrogatum et de omnibus rebus oratorem optime
posse dicere. Ecce arrogantia! Nam oratorem vel poetam de
omnibus rebus posse dicere notum est, sed non optime;
nam philosophiam in nonnullis Cicero tractat, sed non opti- 30
me, et de medicina mentionem facit, sed non optime; et
Virgilius quaedam de arte magica ponit dicendo *limus ut hic
durescit et haec ut cera liquescit*, sed non optime. Ergo vituperat, ut diximus, Gorgiae sententiam, qui haec omnia et
infinita arti rhetoricae subiecit. 35

Aristoteles autem, qui huic Aristoteles primus genera syllogismorum promulgavit, ipse Topica scripsit, ipse schemata
addidit et figuras.

Demonstrativo, deliberativo, iudiciali Demonstratio est, si
in rostris imperatorem laudes aut tyrannum vituperes, deli- 40
beratio vero, si suadeas in curia mitti contra Mithridatem
Pompeios, quod est utile honestum necessarium, aut dissuadeas debere vivere coniuratores, quod est inutile, inhonestum, non necessarium.

**Demonstrativum est, quod dicitur in alicuius certae perso- 45
nae laudem aut vituperationem** Unde et demonstrativa dici-

42,26 Art. script. B VII 12.15 R. **42,32** ecl. 8,80

42 *aγ*]
42,21 ligno *Martin*: illo *ω* **42,24** georgias *(item 25)* leontius *a* rhetor *Jak. Cic.*: rhetoricorum *ω* **42,28** arrogantiam *a* **42,30** nam … optime *om. a* **42,34** georgiae *a* **42,40–44** deliberatio – neccessarium *post p. 43,55* personam *ω; transp. Jak.* **42,45** *fort.* tribuitur *cum Cic.*

tur, quod ostendamus <certam> personam, ut, si laudemus Ciceronem, vituperemus Catilinam, personam demonstramus. Haec ergo demonstrativa est. Si vero dicamus lau-
50 dem viri fortis, appellativum, non demonstrativum est. Appellamus enim quemcumque fortem et est locus communis, qui theticus vocatur. Item si dicamus vituperationem tyranni, appellativum est. 'Accepi enim locum communem, quo invehar in tyrannum'. Quaecumque enim demonstratio, sic-
55 ut diximus, certam debet habere personam.

In consultatione civili ut non incurreret, quod in alio reprehendit, id est malam definitionem. Nam *civili* dicendo ostendit eam, quae ad civitatem pertineat. Est enim et naturalis deliberatio, quae non pertinet ad oratores civitatis, ut
60 illud Virgilii: *Unde tremor terris, qua vi maria alta tumescant* et illud Lucani: *Flammiger an Titan, ut alentes hauriat undas.*

Habet in se sententiae dictionem In omnibus enim deliberativis sententia dicitur, ut facit in Philippicis; et Virgilius
65 hoc observans in suasione Drancis ait: *Rem nulli obscuram nostrae nec vocis egentem / consulis, o bone rex*, deinde dat sententiam: *Quin natam egregio genero dignisque hymenaeis*; et in omnibus Virgilianis deliberationibus idem invenies.

Iudiciale est, quod positum in iudicio habet in se accusati-
70 **onem et defensionem aut petitionem et recusationem** In omnibus autem iudiciis aut criminales incidunt causae aut civiles. Criminales causae sunt, ubi tu accusas, defendit al-

43,60 georg. 2,479 **43,61** 1,415 **43,65** Aen. 11,343sq. **43,67** 11,355

43 *aγ*]
43,47 *add. Jak.* **43,48** vituperemus ... personam *om.* *γ* **43,55** dixi *γ* **43,63** habet *Jak. Cic.*: -ens *ω* sententiam et *ω, corr. ex Cic. Martin* **43,64** et *a*: ut *GV (om. R)* **43,65** observans *a*: obscurans *γ* **43,67** quin natam *Martin Verg.*: quintam *ω* **43,70** et ... aut ... et *a*: aut ... aut ... aut *γ*

ter. Civiles causae sunt, in quibus petitio est et recusatio, ut puta ille illud petit praemii nomine, tu contradicis.

Et quemadmodum nostra quidem fert opinio, oratoris ars et facultas in hac materia tripertita versari existimanda est scilicet in demonstrativo deliberativo iudiciali.

1,8 **Nam Hermagoras quidem neque quid <dicat attendere neque quid> polliceatur** Superius vituperavit Gorgiam arrogantiae, nunc Hermagoram vehementissime scindit imperitumque arguit dicitque penitus, quid dicat, nescire, qui mala definitione alienae atque infinitae disciplinae quaestiones assignavit rhetoricae. Qui definit, non plus debet dicere, non minus, non falsum. Ubi plus habet definitio? Ut si dicas 'seditiosus malus et improbus civis est'. Ubi est definitio falsa? Ut si dicas 'quid est sapientia? Pecuniae capiendae intellegentia'. Non est vera definitio, ubi minus habet definitio, ut puta definis, quid sit homo; si dixeris 'animal', minus definisti, quia animal est et mundus, animal est et sol. Si dixeris 'rationale', minus adhuc definisti. Nam et mundus rationale animal est. Perfecte definies, si addideris 'mortale'. Ergo Hermagoras cum vellet definire materiam rhetoricae, dixit illam contineri in causa et quaestione. 'Causam' dixit 'controversiam in dicendo positam cum certarum personarum interpositione', in quo illi etiam Cicero praebet assensum. 'Quaestionem' dixit 'controversiam in dicendo positam sine personarum interpositione'. Hoc arguit orator. Nam addere debuit 'in disceptatione civili positam', quo remoto

44,16 frg. 6a M.

44 *aγ*]
44,75–76 ars et *γ Cic.*: est *a* **44,1** quidem neque *Martin Cic.*: quoniam ęque *ω* **44,1–2** quid – polliceatur *Jak. Cic.*: quid possit *ω* **44,4** -que[1] *om. γ* nescire *γ*: non esse *a* **44,7** non falsum *om. γ* **44,16** causa *FG*: -am *ω* quaestione *Martin* (-em *P*): rationem *ω* **44,21** disceptatione *Martin*: dispositione *ω* positam *Martin*: -a *ω*

facit rem infinitam et possumus arbitrari eum etiam has quaestiones assignare rhetoricae, quae ad philosophiam pertinent. Nam qualis forma sit mundi, quid sit honestum,
25 quaestio est, sed non civilis; nihil hoc ad civitatis statum pertinet. Nam quaestio duplex est, aut civilis aut naturalis, quae, ut dictum est, ad philosophos pertinet. Sed poterat Hermagoras dicere 'quia de rhetorica loquebar, superfluum putavi addere civilem quaestionem'. 'Interim', inquit Tullius,
30 'addere debuisti, quo commune non faceres. Ego aliud intellego'. Ergo *causam* solam probat.

Causa est controversia in dicendo posita cum certarum personarum interpositione et ei, sicut dicit Tullius, hae tres partes demonstrativa deliberativa iudicialis supponuntur.
35 Thesis etiam, id est quaestio, pars est causae. Nam incidit in quamlibet controversiam, ut si dicas testibus esse credendum et non esse credendum.

Neque quid Quia pollicetur rhetoricam et incidit in philosophiam.

40 **Etquid sit** Stoici enim dicunt summum bonum esse honestatem. In hac quaestione versatur, utrum hoc sit summum bonum, quod est sapientia. Nam dicunt sapientem, etiamsi servitutem serviat, esse tamen regem, si sit distortissimus, esse rectum, si sit mendicus, divitem, si subiectis ignibus tor-
45 reatur, dolorem minime sentire. Mortem etiam pro honestate persuadent; etiamsi fame emori dixeris, dicunt honestum esse, quoniam petere ab altero turpe est.

Contra aliud bonum Epicureis, aliud Peripateticis videtur. Nam illi summum bonum voluptatem dicunt, illi in his tri-

45,27 p. 43,58 **45,42** SVF I 221 sq. (ap. Cic. Mur. 61)

45 *αγ*]
45,25 statum civitatis *γ* **45,29** inquit *Martin*: quid *ω* **45,31** causam solam *a*: s. c. *γ* **45,38** neque quid *vice lemm. rest. Jak.* **45,42** est *om. γ* **45,43** servitutem serviat *Jak.*: -te serv. *a*: serv. -te *γ* tamen *om. a*

bus rebus beatitudinem ponunt, in bonis animi, bonis corporis, bonis fortunae.

Verine sint sensus Academiae tres sunt diverse sentientes. Prima academia dicit errare sensus, sed per intellegentiam deprehendi veritatem. Navigantibus nobis videntur urbes et terrae recedere, remus in aqua fractus videtur, sed intellegimus nos potius abscedere et remum potius esse solidum. Ergo vides veritatem non perire.

Secunda dicit etiam nostram intellegentiam posse falli. Putamus aliquem virum bonum, castum, maturum, gravem et invenitur impurus, superbus, levis. Vides ergo falsam intellegentiam et penitus veritatem submersam. Unde illud in Pisonem: *Putavi gravem: Video adulterum, video ganeonem.* In tantum autem intellegentia fallitur, ut et numinum intellegentiam poeta falli dicat, ut est: *Non illum nobis genetrix pulcherrima talem / promisit*, id est existimavi talem fore, qualem dixerat Venus, verum deceptus sum.

Sensus autem hominis dividitur in quinque: In visum, in auditum, tactum, gustatum, odoratum. Visus ita fallit, ut supra diximus de remo; auditus, quia plerumque, cum alium audiamus loquentem, alium loqui credimus; tactus, quia plerumque tangimus frigida et calida putamus, tangimus calida et frigida putamus non intellegentes, quoniam nostrae manus aut frigent aut calent; gustatus, quia aegrotanti plerumque videtur amarum, quod dulce est, dum est ipsius os amarum; odoratus, quia plerumque, <dum> aliquod genus pigmenti odoramur, videtur nobis male olere, quod si coquatur, bene

46,62 frg. 18 Nisb. **46,64** Verg. Aen. 4,227 sq. **46,68** p. 46,55

46 *aγ; ab* 46,68 gustatum *aβ*]
46,58 intellegentiam *om. a* **46,63** intellegentia – numinum *om. γ* **46,67–68** visum ... auditum ... -tum ... -tum ... -tum *Fγ*: visu ... auditu ... -tu ... -tu ... -tu *ω* (gustatu *PZ*: gustu *B*: gustum *γ*) **46,70** tactus *G*: -um *ω* **46,75** *suppl.* B^2

olet. Nam et quae male olent, interdum possunt optime sapere.

Tertia vero academia dicit posse nos invenire veritatem
80 per contrariam disputationem hoc modo: 'Sunt apud inferos poenae' – 'non sunt apud inferos poenae'. Cum diversum a duobus dicitur, necesse est tantum ab hoc aut ab illo inveniri veritatem. Nam si interrogaveris academicum: 'Sunt apud inferos poenae?' dicit: 'Opinor'. Si dixeris 'non sunt', idem
85 dicit. Sic fit, ut ipsa dubitatio omnes disputationes obtineat.

Quae sit mundi forma? Hic physicam tangit. Mundum plerique sphaeroiden dicunt, quos Horatius secutus ait: *Animoque rotundum / percurrisse polum*; alii tetragonum, unde aiunt quattuor esse mundi cardines.

90 **Quae sit solis magnitudo?** Utrum quantum videmus? Multi enim dissentiunt. Alii enim dicunt tam magnum esse, quam magnae sunt terrae omnes, alii maiorem decem et octo partibus dicunt, sed longitudine fieri, ut ita parvus esse videatur, quemadmodum si ingentissimam arborem longe
95 adtendamus, videtur nobis esse parvus frutex et mons quaedam videtur esse planities.

Has ergo quaestiones rerum naturalium iungit arti rhetoricae non bene definiendo Hermagoras satis superflue.

Nam quibus in rebus summa ingenia philosophorum cum
100 **plurimo labore** Argumentum a minore ad maius, et ut destruat Hermagoram, augmenta facit per singula; dicit enim magnos philosophos multo tempore non assecutos, quod rhetorem vult Hermagoras implere.

Magna amentia est Non dixit 'error', sed *amentia*.

47,87 carm. 1,28,5 sq.

47 *αβ*]

47,81 non – poenae *om. β* **47,83** academicum *β*: -o *α; fort.* <ab> academico **47,90** quantum *Martin*: -tam *β*: -ta *α* **47,91** tam *β*: eam *α* magnum *Martin*: -am *ω*

Quodsi magnam in his rebus Hermagoras habuisset facultatem Id est, si sic artem scisset, ut disciplina illius dictione cognosci *** videretur auctoritate quam ratione quemadmodum Pythagoras, qui tantae fuit auctoritatis, ut, si dixisset alicui, ut quinquennio taceret, ut fabam non comederet, non quaereret, quare. Ita quicquid dicebat, pro auctoritate habebatur; sic eius dictum accipiebatur tamquam responsum Apollinis. Nam ideo et Pythagoras cognominatus est – nam ante illi nomen aliud fuit – quasi Pythius. Ergo hic cum aliquid praecepisset, propter nimiam auctoritatem nemo quaerebat rationem, tantum dicebatur αὐτὸς εἶπεν, id est 'dixit ipse'. Ergo hoc modo temptat Tullius et dicit: Si tantum posset Hermagoras, quantum ille potuit auctoritate, persuadere hoc poterat. Ideo autem lacerat Hermagoram, quia ipsum sequitur in aliquantis et paene in omnibus – nam in aliis libris et philosophiam dat oratoribus –, ne videatur aliquid ex ipso tulisse. Non se vult ergo imitatorem Hermagorae dici, sed iudicem. 105 110 115 120

Neque eo, quod ars eius, quam edidit, mihi mendosissime Cum dicit *non mendosissime*, ostendit esse mendosam.

Nam satis in ea videtur ex antiquis artibus ingeniose Et in eo, quod videtur Hermagorae aliquantum concedere, magis ei detrahit, cum dicit ex alienis artibus eum multa collegisse, quasi nihil suum habeat, *et nonnihil ipse quoque novi protulisse.* Hermagoras enim translationem invenit, quae habet in se commutationem et praescriptionem. Commutatio dicitur, quae partem concedit, partem non, ut puta: Pauper et dives inimici, pauper damnatus datur carnifici. Dedit ei pecuniam dives, ut ipse eum occideret: Et occidit. Reus est caedis. Di- 125 130

48 *aβ*]
48,107 *lac. stat. Jak.* **48,112** ideo *β*: idem *a* **48,115** OYTOC(O)EITTE *vel sim. codd., rest. Martin* **48,123** quam edidit *β Cic.*: quod dedit *a* mendosissime *om. a* **48,128** nonnihil *β Cic.*: nihil *a* **48,128–129** protulisset *a* **48,130** proscrip- *a (item 135.138)*

citur illi: Debuit quidem occidi, sed non a te. Partem ergo
135 concedit commutatio, partem non. Praescriptio totum tollit, ut puta: Equitem Romanum de corrupto iudicio reum fieri non liceat. † Debitor ergo Cluentius accusari non potest. Translatio in commutatione et praescriptione *** et amputat omnis controversiae statum. Hanc igitur translationem
140 maiores inter status non habebant, quia status dictus est ab eo, quod faciat stare controversiam, translatio vero controversiam tollit. Sed ait Hermagoras: 'Inter <status est>, quia, utrum possit quis accusare necne, quaeritur. Status est in eo ipso, dum praescribitur'.

145 **Verum oratori minimum est de arte loqui, quod hic fecit** Aliud est de arte loqui, aliud ex arte. Nam de arte dicere <est> artis docere praecepta, ut nunc facit Tullius, ex arte vero dicere est ipsam dictionem per artis praecepta implere, ut facit Tullius in orationibus. Hermagoras ergo de arte dixit
150 et ipsum, quod ex aliis tulit. Ex arte vero numquam dixit ac per hoc semper tacuit, in quo paene imperitus et nullius auctoritatis ostenditur.

Quare materia quidem † Materiam quidem materiae † **1,9** subministravit neque Hermagoram, qui male definit, sed sequitur Aristotelem, qui optime de materia locutus est, de partibus vero eiusdem et ipsum et alios. *Partes autem* hae
5 sunt: *Inventio dispositio elocutio memoria pronuntiatio.*

Inventio est excogitatio rerum verarum aut veri similium, quae causam probabilem reddunt Si vero inveneris, quod nec verum nec veri simile est, inventum dici non potest; non autem inventum est, sed est deliramentum.

49 *αβ*]

49,137 debitor – potest *post 138* praescriptione *ω; transp. Martin; maiorem corruptelam stat. Jak.* **49,138** *lac. stat. Jak.*; et *secl. Martin* **49,142** inter <status est> *Jak.*: interim *ω* **49,147** *add. M* **49,148** dicere est *γ*: est dicere *ω* implere *Pγ*: com- *BZ* **49,1–2** *exspectes* materiam tripertitam rhetoricae sub. **49,2** sed *γ*: et *ω* **49,7** inveneris G^2: tenueris *ω* **49,9** autem] enim *Beck*

Dispositio est rerum inventarum in ordinem Ea enim, quae inventa fuerint, non debent confuse dici, sed suo quoque componi ordine, unde ipse: *Meque meum dicendi ordinem servare patiamini.*

Elocutio est non structura vel compositio, sed ut verba secundum personas imiteris, ne facias ita loqui rusticum sicut scholasticum aut mulierem sicut virum fortem aut infantem sicut senem. Terentius noster ideo est magnus eloquens, quia secundum personas loquitur.

Memoria est firma animi rerum aut verborum perceptio Nihil enim prodest invenisse vel ordinasse vel aptasse verba, si memoria haec omnia perdiderit. Ideo autem *firma* dixit, ut bene tradatur animo; nam quod leviter traditur, perit cito [id est ut bene teneamus id, quod dicimus].

Pronuntiatio est ex rerum et verborum dignitate vocis et corporis moderatio id est, ut ad qualitatem personarum te moveas, modo gestu femineo, modo virili, modo vincentis, modo timentis, modo supplicis more. In hac enim polluisse moderatione fertur Hortensius, ut ait Cicero: *Ne motu corporis praestringat aciem ingenii tui.*

Nunc his rebus breviter constitutis Bene *breviter*; de his enim quinque partibus in libro 'de oratore' dictum est; de genere, item de officio, de fine *aliud in tempus differemus* id est in libris, qui sunt ad Herennium.

De materia artis ac partibus scribere oportere existimamus Relictis illis tribus, id est genere officio fine, vult dicere de materia ac partibus et vult esse unum materiam et par-

50,12 Cluent. 6 **50,28** div. in Caec. 46

50 *aβ*]
50,10 rer. inv. *om. a* **50,12** meque *B*: neque *ω* **50,23** *secl. Jak.* id[2] *om. a* **50,24** ex – dignitate *om. a* **50,27** tumentis *R; fort.* modo vincentis, <modo humilis>, modo tumentis, modo supplicis more **50,29** praestringat *Z Cic.*: per- *ω* **50,30** rebus *om. a*

tes; materia enim facit partes illas quinque, quas supra diximus: Inventionem dispositionem elocutionem memoriam pronuntiationem. Si non fuerit unde dicas, id est materia,
40 non est causa inveniendi † tantum partes has quinque et exsequendi. Ergo vides, quia recte coniunguntur partes et materia.

Quare inventio, quae princeps est omnium partium Sicut enim, nisi habueris materiam, propter quam rem invenias
45 non habes, ita nisi inveneris, non invenis quod disponas aut eloquaris aut teneas aut pronunties. Ergo 'principem partium omnium' recte dixit inventionem, de qua maxime in his libris tractat et quae est harum partium mater, quae sequuntur.

Omnis res, quae habet in se positam in dictione ac disceptatione aliquam controversiam Omnis dictio et disceptatio, **1,10 sq.** quae habet controversiam, stare in iudicio potest, alias non potest. Controversia autem fit, si habuerit quod accusator
5 obiciat, quod defensor purget, quod iudex iudicet; unum istorum si defuerit, non stat controversia et erit thema asystaton.

Hoc propositis videamus thematibus et primum eam partem, quae in se omnia continet. Sepulchri violati sit actio.
10 Vir fortis in bello armis amissis de sepultura viri fortis arma abstulit et vicit eaque rursus reposuit. Arguitur sepulchri violati. Hic et accusator habet quod dicat; nam obicit 'violasti sepulchrum', et reus dicit 'non violavi', et iudex habet quod iudicet 'si violavit necne sepulchrum'; habet enim in
15 voluntate, quam velit proferre sententiam. Hic ergo tria illa continentur.

Asystatae controversiae et primum ea, quae a parte accusatoris deficit: Arguitur Cato adulterii; signum nullum, nul-

51 *aβ*]
51,40 et *om. BZ* **51,17** asystatae controversiae *Halm*: in statu controversia *ω* **51,18** deficiunt *a*

lus testis, nulla suspicio, ante actae vitae nulla crimina. Non
habet hic accusator, quod dicat, et ob id stare controversia 20
non potest. A parte rei: Belli tempore decem iuvenes viri
fortes pollices sibi inciderunt; rei fiunt laesae rei publicae.
Hic invenire defensor colorem nullum potest; non stat ergo
controversia. A parte iudicis: Tres sodales simul profecti
sunt peregre; duo tantum reversi sunt; accusant se invicem 25
homicidii. Dicunt sibi 'tu occidisti', 'non, sed tu', 'tecum
fuit', '<non,> sed tecum fuit'. Testis nullus est, suspicio
propria nulla: Iudex quod iudicet invenire non potest, et ob
id non stat controversia.

Summa autem brevitate complexus est stantes et asysta- 30
tas controversias. Nam brevius dixit quam Aristoteles. Ille
enim ait: 'Omnis res, quae habet in se <positam in> accusa-
tione et defensione et disceptatione aliquam controversiam'.
Unam partem subduxit; nam dicendo *in dictione* et accusati-
onem et defensionem complexus est. Simul ponendo con- 35
iunctivam particulam, id est *ac*, causativam iunxit disceptati-
onem, quae ideo dicta est disceptatio, quia, si non fuerit
<discenda causa>, disceptatio esse non possit. A discendo
enim disceptationem dictam poeta probat: *Vitasque et crimi-
na discit.* Ut et in accusatore et defensore est controversia, 40
ita et <in> ipsa disceptatione controversia est. Namque ita
definitur: Controversia est, quod contrarietatem recipiat, et
iudex dum cogitat, absolvat an condemnet, controversia est.
Nam obicit ille 'fecisti', respondet 'non feci'; ecce controver-
sia. Iudex autem secum quaerit 'fecit necne?' Ecce hic con- 45
troversias.

52,39 Verg. Aen. 6,433

52 *aβ*]

52,21 apertae rei *a* **52,27** *add. Jak.* sed *F*: sit *B*: sic *P*: si *β* **52,32** *suppl. Jak.* (in *iam add. Martin*) **52,36** ac causativam *G*: accusativam *ω* **52,38** *suppl. Martin* **52,41** *add. G* ita *om. a*

Constitutiones hae sunt: Aut facti aut nominis aut generis aut actionis, quae omnes ex naturali illa tripertita ratione descendunt. Quaerendum enim est, utrum sit aliquid, quid
50 sit, quale sit, quis fecerit; aliter enim ad nomen venire non potest, nisi de facto constiterit. Nemo enim ei rei, quam nescit, nomen imponet; et facti quaestio, id est coniectura, ex persona iudicis fit in eos, qui denegant. Conicit enim, utrum factum sit necne, quod obicitur. Ergo, ut diximus, dic-
55 tionis et disceptationis controversia aut in facti contentione vertitur aut in nominis aut in generis aut in actionis. Quando in facti contentione vertitur? Quando, quod obicitur, negatur factum et a iudice quaeritur, factumne sit, quod est coniectura. Quando nominis? Quando obiecta non negan-
60 tur, sed de nomine facti quaeritur, quod est finis. Quando generis? Quando et factum et nomen facti confiteris, sed iure factum esse defendis, quod est qualitas. Quando actionis? Quando omnia, quae diximus, confiteris, sed dicis 'non debeo hoc tempore reus fieri, non a te, non hoc loco'
65 <, non hoc iudice, quod est translatio>.

'Status autem conflictio prima causarum est': Prima enim rei responsio statum facit.

Hoc modo: 'Fecisti' Adhuc status <non factus; fit,> 'non feci' si responderit ille, cui obicitur. In eventum enim re-
70 sponsionis illius pendet status. Intendis reo crimen; si negaverit, coniectura est; si dixerit se fecisse, sed aliter fecisse, finis est; si dixerit se fecisse, sed non aliter fecisse quam iure, qualitas est; si dixerit se fecisse et non aliter fecisse, sed tamen aliam petierit poenam aut alium iudicem aut
75 aliud tempus, translatio est. Has ergo breviter diximus, ut

53 *αβ*]

53,50 quis *(α*: quid *β)* fecerit *susp.; exspectes* quomodo tecum agendum sit *(cf. p. 54,89)* **53,65** *suppl. Jak.* **53,68** adhuc status <non factus; fit> *Jak.*: ad hoc statum *ω* **53,69** obicitur *Jak.*: -cit *ω* **53,74** alium *RGM*[2]: -ud *ω* indicem *α*

tantum sciretur ex prima rei voce causarum fieri constitutionem, id est statum.

Proponamus nunc themata, quo id fiat clarius. 'Sacrilegus capite puniatur, furtum quadruplo condemnetur'. Quidam de templo privatam pecuniam rapuit. Arguitur sacrilegii, negat. Ecce facti quaestio. Aut certe confitetur rapuisse se, sed hoc furtum esse, non sacrilegium. Ecce nominis. Aut certe fecisse, sed iure fecisse, ut siquis de templo pecuniam <tempore> tollat belli, quam dividat militibus, ut ipsa templa serventur. Hoc confitetur et iure se fecisse demonstrat, et est qualitas. Aut certe si dicat 'feci et sacrilegium est, quod feci, et male feci, sed non a te accusandus sum, non hoc tempore, non hoc loco, non hoc iudice'. Haec multa sunt. Ergo istud dicitur actio, quando, quomodo tecum agendum sit, quaeritur, quae ab Hermagora translatio dicitur. Quicquid ergo extra has constitutiones fuerit, asystaton est. Istae autem sunt quattuor: Facti, nominis, generis, actionis. Quicquid igitur compensatio venialis relatio, et illae extra quattuor, quas dicit Tullius, constitutiones non putandae sunt, sed omnes ex qualitate descendunt. Nominata enim qualitate etiam has dictas intellegimus, ex qua nasci eas novimus.

Atque harum aliquam in omne causae genus Praeter hos quattuor status quicquid inciderit, asystaton est. Et multi vituperant Tullium, quare de asystatis tacuerit; qui nesciunt magno eum compendio usum. Nam quando tibi dicit 'hoc et hoc licet', ostendit inlicita esse cetera. Doctissime ergo orator his tantum dictis, quae in controversiam veniunt, omnes asystatas controversias complexus est dicens: 'Nam si in haec non inciderit, in ea nihil esse controversiae poterit'.

54 *aβ*]
54,76 tantum] *susp.* causarum *Jak.*: tantum *ω* **54,84** *add. Jak.* **54,88** haec] *fort.* ac quae **54,92** istae *Jak.*: -i *ω* **54,93–94** extra quattuor *Jak.*: quattuordecim *(i. e.* XIV*)* *ω*

Nihil enim fuerat asystatarum genera ponere neque propter multitudinem omnes explicari potuissent. Sic ergo melius nullam dicendo omnes dixit, ne eas tantum esse putaremus, quae pro negotii qualitate fuissent positae.

110 Nos tamen exempli causa aliqua ponamus themata, quibus quid voluerit hoc loco intellegi doceamus. Asystatarum genera sunt multa: μονομερές<, id est unius partis>; ἀπερίστατον, hoc est inconstans; ἰσάζον, hoc est verisimile; ἀντιστρέφον, id est retortum; ἄπορον, id est inops; πάνυ ἄδοξον 115 valde inhonestum; ἀπίθανον incredibile; ἀδύνατον impossibile. Ex his bina iunguntur et fiunt iuncta quattuor: μονομερές et ἀπερίστατον, verisimile et retorquens, inops et valde inhonestum, incredibile et impossibile.

Μονομερές est unius tantum negotium partis, ut puta le-120 no, ad cuius domum venire adulescentes consueverant, facta occulte fovea excepit et occidit incautos; accusatur caedis. Hic a parte accusatoris facilis obiectio est, a reo nulla defensio.

Ἀπερίστατον, hoc est inconstans et irrationabile et sine 125 circumstantia, in quo nihil habet, quod dicat, qui accusat, velut quidam abdicat filium, ex lege cum nihil habeat, filio quod obiciat, unde mereatur abdicari.

Ἰσάζον, cum ambo paria atque eadem intendunt et argumentantur, ut puta duo vicini speciosarum <coniugum> ma-130 riti deprehenderunt se invicem egredientes ab uxoribus suis; accusant se invicem adulterii.

Ἀντιστρέφον, id est retorquens, ubi in se transfert uterque id, quod ante alter obiecerat, et neuter utitur sua priore sententia, quasi in utraque parte conversum, ut puta pecuni-

55 *αβ*]
55,108 nulla *a* **55,112** *suppl. Jak.* **55,114** πάνυ ἄδοξον *Martin*: pansadoxon *α*: parad- *Z*: parasad- *γ* **55,119** leno *G*: -non *ω* **55,124** irrationabile *Martin*: -is *ω* **55,125** circumstantia *Jak.*: substantia *ω* **55,126 sq.** *dist. Jak.* **55,129** *suppl. Jak.* (<mulierum> *G)*

am quidam ab altero petebat cum usuris tamquam credi- 135
tam. Ille offerebat sine usuris tamquam depositam. Inter
moras iudicii lex lata est de novis tabulis, ut debitores debi-
ta lucrarentur. Petit ille tamquam depositam sine usuris, ne-
gat ille tamquam creditam.

Ἄπορον, id est inops, cum dissuasione favente laborat per- 140
suasio, ut puta Alexander somniavit, ne somniis crederet;
deliberat credere. Sive hoc: 'Viro forti detur praemium'.
Cum plerisque praemia postulantibus civitas vexaretur, qui-
dam fortiter facit, petit praemii nomine, ut iuret civitas nulli
se praemium dare. 145

Πάνυ ἄδοξον, valde inhonestum et ipsa prolatione confes-
sionis turpissimum, ut puta de pudicitia quidam depectus
uxoris re peracta petit pretium.

Ἀπίθανον, hoc est incredibile, quod cum reum possit ad-
mittere, tamen accusati dignitas respuit, ut puta si quis leno- 150
cinii reum Socraten facit aut Catilina coniuratione a Tullio
proditus Tullium sibi dicat fuisse participem.

Ἀδύνατον, hoc est impossibile, quod nec credulitas homi-
num recipit nec rerum natura permittit, ut puta infantem
quidam cum uxore deprehendit; arguit uxorem adulterii. 155
Aut hoc: Quaedam mulier debilis centum tyrannos occidit;
centum praemia petit.

Istae tamen partes fiunt causis duabus; nam asystaton
thema aut dictionem in se habet, sed disceptatione eget, aut
dictionem non habet. Dictionem non habent quinque: μονο- 160
μερές, ἀπερίστατον, valde inhonestum, incredibile, impos-
sibile. Disceptationem non habent tres: Simile, retorquens,
inops.

56 *aβ*]

56,136 depositum *a* **56,137** lata *Jak.*: data *ω* **56,138** depo-
sitam *V*[1]: -um *ω* **56,139** creditam *G*[1]: -um *ω* **56,146** pania-
doxon *B*: pemad- *P*: parad- *β* **56,162** simile *G*: -is *ω*

Hermagoras tamen quattuor solum genera instituit asysta-
165 tarum: < ἀπερίστατον, ἰσάζον, μονομερές,> ἄπορον [adyna-
ton]; alii tamen pro ingenio plura <*** παρ' ἱ>στορίαν, ut si
quis arguat Hortensium, quod cives Romanos indemnatos
occiderit, quod constat fecisse Tullium.

Sunt praeterea alia, quae cacosyntheta vocantur, quae
170 stant quidem, sed male, ut si pater luxuriosus abdicet frugi
filium. Potest autem dicere huiuscemodi aliquid: 'Licet me
ad hanc infelicitatem fortuna deduxerit, tamen nolo isdem
vitiis filium inficere in meis penatibus commorantem, ut vel
ille rei publicae prosit, quatinus ego prodesse non possum'.
175 His igitur coloribus potest quidem stare thema, sed male,
ideoque cacosyntheton dicitur.

Huic generi partes Hermagoras quattuor supposuit Con- **1,12**
tentio magna Ciceronis de hoc loco contra Hermagoram ex-
primenda est paulo longiore tractatu. Civilis scientia rhetori-
cae genus est sicut fons fluminis. Item rhetorica parit ex se
5 genera causarum ea, quae Aristoteli placent: deliberativum
demonstrativum iudiciale. Haec genera procreant ex se in-
numerabiles causas, quae dicimus themata: Aut suademus
aut dissuademus, quod est deliberativi generis; aut lauda-
mus aut vituperamus, quod est demonstrativi generis; aut
10 aequum aut iniquum iudicium ferimus, quod est generis
iudicialis. In his omne rhetoricae artis versatur officium. Ex
causis iterum nascuntur omnes constitutiones, id est status.
Modo si tenemus, quod diximus, quia omnium statuum ma-

57,164 frg. 19 c M. **57,5** rhet. 1358 a **57,13** p. 54,95

57 *aβ*]
57,165 *suppl. Martin secl. Jak.* **57,166** *lac. stat. et suppl. Martin* (storiae *ω)* **57,172** isdem *Z*: his- *ω* **57,1** generis *a* Herm. quat. *PZ*: q. H. *BGV*: q. supp. H. *R* **57,8–9** deliberativi … demonstrativi *Jak.*: -vum … -vum *ω* **57,12** constitutiones *Martin*: inst- *ω*

ter est qualitas, facile intellegimus et Hermagorae peccatum et Ciceronis victoriam. 15

Definit Hermagoras facti controversiam et quot modis sit ostensa; detecta et in fine translatione venit ad generalem constitutionem, id est qualitatem, et ait ei deliberativum et demonstrativum esse subiecta. Hoc autem quare fecerit, consideremus. Sciens ex qualitate nasci omnes status, nego- 20 tialem, iuridicialem et ceteros, qui ex his sunt, sciens iterum partes generi suo esse consimiles – sicut probamus in negotiali et iuridiciali: In negotiali quaeritur de futuro iusto vel utili, in iuridiciali de praeterito; similiter quaeritur et in omnibus, quae ex his nascuntur, et quamvis varie, tamen simili- 25 ter –, voluit ergo deliberativum et demonstrativum, causarum scilicet genera, partes qualitatis esse una cum iuridiciali et negotiali. Si qualitas omnium statuum mater est et in qualitate non quaeritur nisi quid honestum, quid utile, quid necessarium, quod et in deliberativa quaeritur et demon- 30 strativa, cur ob hanc similitudinem non sint qualitatis partes? Et sane, si respicias Hermagorae calliditatem, invenies rem verisimillimam, ita ut in statu negotiali videas velut subiectum genus deliberativum.

Ecce in divinatione ubi est qualitas negotialis? Agitur 35 enim de futuro iusto, qui melius accuset. Nonne videtur tibi Tullius ab honesto suadere, dum dicit: 'Caecili, non es rogatus ab Siculis. Turpe est accusari a quaestore praetorem?' Item suadet ab utili et necessario, ubi dicit: 'Non debuisti admittere praetorem ad pecuniam frumentariam, quamob- 40 rem etiam tibi periculosum est ut accuses'. Agit etiam a possibili, ut dicat infirmos oratores accusare non posse.

58,16 frg. 13 M. **58,37** cf. div. in Caec. 20 sq.; 29 sqq. **58,42** cf. div. in Caec. 29

58 *αβ*]
58,14 peccatum *Jak. ex Cic.*: tractatum *ω* **58,20–26** *dist. Jak.* **58,27** scilicet *Martin*: senatus consultus *ω* *dist. post* genera *Jak.*

Vides ergo, qua calliditate subiecit Hermagoras deliberativum et demonstrativum genus qualitati una cum iuridiciali et negotiali. In qualitate enim, id est in generali constitutione, sicut diximus, utile honestum iustum quaeritur; similiter et in deliberativa et demonstrativa, quae ex honesto constat et utili. Ergo ad hanc disputationem Hermagoras cum venisset, deliberativum et demonstrativum genus qualitati hac ratione subiecit.

Contra Tullius, ne videatur consensisse, si taceat, aut si diu litiget, tarde perventurus ad praecepta rhetoricae, promisit contentionis brevitatem, qua superet Hermagoram. Dicit enim: Si omnis rhetorica partes non habet, nec deliberativum nec demonstrativum <nec hab>et iudiciale, ex quibus omnes nascuntur causae, ex causis omn<es iter>um status. Tu vero quomodo vis iudiciali detracto qualitati, id est constitutionibus – qualitas enim, ut diximus, in constitutionibus est, id est in statibus –, subicere causarum genera, ut sint partes statuum, quae fuerunt genera causarum? Item si velis, Hermagora, deliberativam et demonstrativam partem esse alicuius generis causae, id est iudicialis sororis suae, non tibi concederem. Si item deliberativam et demonstrativam partes esse diceres causarum, id est filiarum suarum, minus concederem. Cum vero dicas constitutionum, quae sunt filiae causarum, id est neptium suarum, esse filias, quomodo potest fieri, ut permittam?

Et hoc, quo sit apertius, colligamus exemplis: Genus est, quod plures in se habet partes specie differentes, ut est animal: Multas in se habet partes specie diversas, hominem, equum, bovem et cetera. Item quod genus est alicuius rei,

59,46 p. 58,29 **59,58** p. 58,17

59 *aβ*]
59,55 *suppl. Jak.* **59,56** omn<es iter>um *Jak. coll. p. 57,12*: omnium *ω* **59,57** vis *Jak. (cf. 60)*: scis *ω* **59,66** *dist. Jak.*

<eiusdem rei> pars esse non potest. Item cuius rei interitus etiam alterius rei interitus est, genus est, cuius vero interitus non etiam alterius rei interitus est, species est, ut puta animal; hoc si interierit, omnes partes simul intereant necesse est, quia in genere continentur. Si vero interierit homo, non interit genus, quia remanet equus bos avis et multa alia, quae sub genere sunt. Item una res alteri potest pars, alteri genus, eidem vero rei et genus esse et pars non potest, <ut puta avis:> Nam pars est animalis, ex quo descendit, genus vero est aquilae, quia in avi multa continentur; est enim vulturius, est aquila, est corvus, milvus et mille alia. 75 80

Repetamus nunc summatim omnia, quo clariora possint fieri! Diximus eandem rem alterius esse genus, alterius vero partem, eidem et genus esse et partem non posse. Quomodo? Animal genus est, eius partes sunt avis iumentum, quae tamen genera sunt aliarum partium. Nam avis in se habet aquilam passerem corvum et reliqua. Iumenta vero habent equum bovem asinum et reliqua. Numquid igitur potest fieri, ut avis pars sit iumenti? Certe non potest. Quanto minus potest pars esse aquilae, quae ex se nascitur, cum ei non possit, quae par sibi est. Eodem ergo modo deliberatio et demonstratio partes esse qualitatis, quae ex iudiciali quarto iam loco nascitur, non possunt, siquidem, sicut diximus, nec ipsius iudicialis, cui aequales sunt, partes esse possunt. 85 90 95

Igitur orator noster, ut intentionem Hermagorae destruat, utitur syllogismis. Syllogismos hoc loco non exponit; sed his utitur interim tamquam litigator.

60,84 p. 59,71 **60,94** p. 59,60

60 *aβ*]
60,72 *add. Jak.* **60,79–80** *suppl. Jak.* (<avis> *G)* **60,88–89** iumenta – reliqua *om. β* **60,92** par *γ*: pars *ω*

*** Syllogismorum genera plurima sunt: Alii enim men-
100 daces, qui dicuntur graeco vocabulo ψευδόμενοι, alii soritici, et multi praeterea sunt. Interim de his dicamus.

Ψευδόμενοι sunt, qui artificioso mendacio necessitatem confessionis eliciunt ad hunc modum: Quicquid loqueris, per os exit. Hic utrum responderis, adversum te est; nam si di-
105 cas 'per os exit', statim concludit: Camillum igitur quia locutus es, per os tibi Camillus exivit. Si vero dicas 'non exit', concludit iterum: Ergo non per os, sed per nares.

Soritici vero tales, qui ex modio cumulum faciunt usque ad ultimam confessionem ita: Si de modio pleno granum
110 tulero, num minuitur? Respondet scilicet non minui; quantum etenim est? Ergo si et duo tulero, num minuitur? Ergo si et aliud unum? Ita usque ad immensum itur.

Sunt igitur syllogismi aut categorici aut hypothetici, id est necessarii et probabiles † et voluti, per quos Cicero nunc
115 Hermagorae imperitiam deprehendit. Categorici sunt, quorum et propositiones et assumptiones manifestae sunt. Hypothetici sunt, quorum aut propositiones aut assumptiones dubiae sunt aut utrumque. Et categoricus tripertitus est secundum Tullium, hypotheticus vero aut quadripertitus est
120 aut quinquepertitus. Categoricus est tripertitus, ubi non propositio dubia est, non assumptio eget approbatione † sed ipsa verborum similitudo est. Solvit usque ad conclusionem ac servat. Ergo, ut diximus, syllogismus dicitur categoricus et hypotheticus.

125 Propositio est, quod proponis, ut puta: 'Si peperit, cum viro concubuit; peperit autem'; conclusio: 'Igitur cum viro

61,119 inv. 1,57 sqq. **61,123** p. 61,113 (et in lac. p. 61,99)

61 *aβ*]
61,99 *lac. stat. Jak.* **61,100** pseudomene *ω* fortici *a (item* 108*)* **61,102** pseudomene *β*: -es *a* **61,108** modio cumulum *Martin*: modico cumulo *ω* **61,110** num *β*: non *a* respondit *β* **61,111** num *GV*: non *ω*

concubuit'. Hic ergo et propositio et assumptio manifesta est. Sed hic categoricus aliter in confirmatione, aliter in infirmatione. Nam huius propositio dividitur in duas partes, quarum in confirmatione primam das assumptioni, secun- 130
dam conclusioni hoc modo: 'Si sol est, dies est; sol autem est': Ecce prima pars propositionis. 'Dies igitur est': Ecce secunda pars propositionis. In infirmatione contra est; nam quemadmodum hic primam partem das assumptioni, secun-
dam conclusioni, ita ibi secundam partem das assumptioni, 135
primam conclusioni. Nam si aliter fuerit, vitiosum est et non infirmas hoc modo: 'Si sol est, dies est; non autem est dies': Ecce secunda pars propositionis; 'sol igitur non est': Ecce prima pars propositionis, et invictus syllogismus. Quod si ita
dicis 'si sol est, dies est; non autem est sol, dies igitur non 140
est' vitiosum est, quia potest dies esse sine sole vel antequam oriatur vel nubibus subtextus. Item illud: 'Si peperit, cum viro concubuit'. Si <quis> confirmare vult, primam partem propositionis dat assumptioni: 'Peperit autem'; secun-
dam conclusioni: 'Cum viro igitur concubuit'. Si quis autem 145
hoc infirmare vult, convertit thema, secundam partem propositionis dabit assumptioni, primam conclusioni; nam si dixerit 'non peperit' et subiecerit 'igitur nec cum viro concubuit', vitiose infirmavit. Potest enim cum viro concumbere
et non parere. 150

Hypothetici sunt, ut supra diximus, aut quadripertiti aut quinquepertiti. Quadripertiti fiunt, quotiens vel propositio vel assumptio dubia est et necesse est approbationem adhibere, quinquepertitus vero, ubi utrumque dubium est et
utrumque approbari necesse est. 155

62,151 p. 61,119

62 *aβ*]
62,132–133 dies – propositionis *om. β* **62,142** subtextus *Jak.*: -iectus *ω* item *Martin*: ut est *ω* **62,143** *suppl. Jak.* **62,149** enim *G*: autem *ω* **62,152** fiunt *β*: sunt *a*

Quadripertitus fit hoc modo: 'Cicero orator est; si orator est, mentitur': Hoc dubium est; danda est probatio, quae tamen multis fit capitibus. Dicis: 'Oratoris est studium veritatem decipere fraudibus et quibusdam nebulis crimina te-
160 gere et semper vincendi studio caligines quasdam, quibus obscuretur veritas, excitare'. Et cum probaveris oratorum esse mentiendi studium, assumis: 'Cicero autem orator est'. Deinde concludis: 'Mentitur igitur'. Item propositio manifesta et assumptio dubia, ut puta: 'Quod spiritualiter <com-
165 movetur>, animal est'. Hoc dubium non est; venis nunc ad assumptionem et dicis: 'Mundus autem animal est': Hoc dubium est, utrum animal sit mundus. Ergo probandum est et dicis: 'Quicquid movetur, spiritualiter commovetur; aliter enim moveri non potest; mundus autem movetur'; conclu-
170 dis: 'Animal <igitur> est'.

Quinquepertitus est, in quo et propositio et assumptio dubia est, quae utraque probanda sunt et sic quinta parte concludenda ad hunc modum: 'Quodcumque consilio agitur, melius administratur quam illa, quae sine consilio aguntur'.
175 Statim tibi obviat alter et dicit: 'Ego doceo multa melius evenisse casu, ut est illud Virgilianum: *Attulit ipse viris optatum casus honorem*. Decipitur consiliis suis homo et saepe, unde sperat auxilium, nascitur inde discrimen. Sic alibi Virgilius: *Turne, quod optanti divum promittere nemo / auderet,*
180 *volvenda dies en attulit ultro*, et alibi: *Multa dies variusque labor mutabilis aevi / rettulit in melius.*' Igitur propositio est. Potest e contrario dici melius administrari ea, quae consilio aguntur. Exercitus enim melius dimicat, qui habet optimum

63,176 Aen. 5,201 **63,179** Aen. 9,6 sq. **63,180** Aen. 11,425 sq.

63 *αβ*]
63,159 tergere *α* **63,164** *suppl. Jak.* (<movetur> *γ*) **63,165** nunc *Jak.*: enim *ω* **63,168** commovetur *Jak.* (movetur *iam G*): -eatur *ω* **63,170** *add. Jak.* (est <ig.> *G*)

imperatorem, quam is, qui temere et inconsulte procedit ad bellum. Navis certior agitur, quae habet gubernatorem, 185 quam quae suo cursu creditur. Virgilius: *Cedit, quoniam spoliata magistro est* et alibi: *Cum pater amisso fluitantem errare magistro / sensit*. Nihil igitur tam incertum quam casus nec in hoc spem debemus ponere, quod raro accidere potest bonum. Sequitur assumptio, quae pars est propositionis, 190 quae et ipsa indiget approbatione: 'Mundus autem ipse consilio regitur'; ecce assumptio. Sequitur approbatio: 'Quoniam hoc ipsum dubium est, qui fieri potest, ut mundus non consilio gubernetur? Unde enim dierum statuta sollemnitas, unde fulgentium certus cursus astrorum, unde solis aut lu- 195 nae et temporum certa mensura, unde diei et noctis vicissitudo perpetua?' et reliqua talia per enumerationem accedentia. Multa enim admittit argumenta probatio syllogismi per exaggerationem. Ergo ubi probaveris, concludis: 'Omnia igitur melius consilio reguntur'. 200

Illud etiam scire debemus, quod propositio generalis est, assumptio specialis est, quoniam ad personam semper respicit.

Interim pro intellectu praesentis lectionis diximus syllogismos per ordinem, quibus nunc utitur, et primo quidem quin- 205 quepertito syllogismo errorem Hermagorae reprehendit: *Si deliberatio et demonstratio genera causarum sunt, non possunt recte partes alicuius generis causae putari*: Ecce propositio dubia. *Eadem enim res alii genus esse, alii pars poterit, eidem et genus esse et pars non potest*: Ecce approbatio pro- 210 positionis, cur non possint partes esse causarum. *Deliberatio autem et demonstratio genera sunt causarum*: Ecce assump-

64,186 Aen. 5,224 **64,187** Aen. 5,867 sq.

64 *aβ*]
64,186 cursui *G, fort. recte* **64,197** accedentia *Jak.*: accid- *ω* **64,199** exaggerationem *Martin*: execra- *ω* **64,200** melius *Jak.*: rectius *ω*

tio dubia. *Nam aut nullum genus est causae aut iudiciale solum aut iudiciale et deliberativum et demonstrativum*: Ecce
215 approbatio assumptionis. *Deliberatio igitur et demonstratio non possunt recte partes alicuius generis causae putari*: Ecce conclusio. Ergo deliberatio et demonstratio partes sunt rhetoricae, sed tamen causarum genera. Quodsi sunt causarum partes status, quo modo devenire possunt, ut sint partes sta-
220 tuum? Non enim negat Tullius, quia partes sunt, sed tamen superioris, id est rhetoricae, sicut ipsa rhetorica civilis scientiae pars est, at tamen meritum suum non debet perdere. Nam vis scire genera esse causarum, propone deliberativam: Causa procreata est, id est thema. In qua causa hoc ipsum,
225 quod suades, ab utili et necessario intra genus suum redit, id est deliberativum. Item propone laudem aut vituperationem: Iam causa est. Hoc ipsum, quod laudas et vituperas, intra genus suum redit, id est demonstrativum. Item si iudices, aequa et iniqua iudicabis. Hoc ipsum redit ad iudiciale.
230 **Nam aut nullum causae genus est aut iudiciale solum aut iudiciale et demonstrativum et deliberativum** Exaggeratio syllogismi per enumerationem multorum argumentorum; ait enim: Si haec detrahit, iudiciale solum remanere non potest, quoniam varietas causarum ex uno genere pendere non po-
235 test; † aut si et hoc genus detrahere, ut nullum remaneat, aut omnia sint.

Nullum dicere causarum genus esse Repetitio probationis.

Unum autem iudiciale solum esse qui potest? Nam ut sunt varia genera, ita ex his varia procreantur. Sicuti de cor-
240 vo equus nasci non potest, ita ex iudiciali solo non potest et utile nasci et honestum, quod est deliberativi et demonstrativi generis. Sic et aequum et iniquum.

65 *aβ*]
65,216 recte partes *om. a* **65,221** superioris *G*: -ibus *ω* **65,223** vultis *a* **65,224** themata *β* **65,227** causa *Martin*: -ae *ω* **65,238** iudiciale *om. β*

'Omnia genera fines suos habent': Finis enim quis est deliberativi? Utile et necessarium. Qui finis demonstrativi? Honestum et utile. Qui finis iudicialis? Aequum et iniquum. 245
Male igitur eas generalis constitutionis partes esse dixit.

1,13 **Quodsi generis causae partes non possunt recte putari** Incipit quadripertitus syllogismus, qui et ipse dicitur hypotheticus. Cuius propositio dubia non est, quia et superius comprobata est, et fit iam a maiore ad minus veluti cum repetitione superiorum. Dicit enim: Non tibi concedo, ut 5 partes sint alicuius generis causae deliberatio et demonstratio, quoniam similiter causas procreant. Ingenuus enim servus esse non potest. Multo minus tibi consentio, ut partium causarum sint partes, id est statuum.

Pars autem causae est constitutio omnis Incipit assumptio, 10 quae indiget approbatione. Assumptionem sequitur probatio: *Non enim causa ad constitutionem, sed constitutio ad causam accommodatur.*

'Pars autem est constitutio omnis causae': Causa dicitur controversia, constitutio vero status; ergo pars causae, id est 15 controversiae, status est. Nisi enim thema proposueris, status non procedit. Constitutio autem ideo dicitur, quod causam constituat et firmet. Status robur est controversiae.

Non enim causa ad constitutionem, sed constitutio ad causam accommodatur Id est non parte genus indiget, sed 20 pars genere. Siccato enim fluvio non omnino fons perit, siccato autem fonte perit omni modo fluvius. Est autem approbatio hoc loco, sicut diximus, assumptionis.

Et demonstratio et deliberatio generis causae partes non possunt recte putari, quoniam ipsa sunt genera Exaggeratio 25 syllogismi per repetitionem.

66,23 p. 66,11

66 *αβ*]
66,244–245 quis ... quis *γ*; *fort. recte* **66,246** generalis constitutionis *γ Cic.*: -es ... es *ω* dixerunt *a* **66,4** est *om. a* fit *β*: ut *a*

Multo igitur minus recte partis eius, quam hic dicit, partes putabuntur Conclusio, id est multo minus rectum putatur fieri posse, ut genera causarum partes sint partium causa-
30 rum. Deinde concatenatus:

Si constitutio et ipsa pars eius quaelibet intentionis depulsio est Hic syllogismus catenatus dicitur, qui non habet in se partes ceterorum syllogismorum; constat autem per repetitionem. Omnis constitutio, id est status, sive coniectura sit sive
35 finis sive qualitas sive translatio, intentionem habet et depulsionem, deliberativa autem et demonstrativa non habent. Aut enim suades aut dissuades aut laudas aut vituperas. Potest autem stare deliberativa, si non habeat intentionem, ut puta deliberat quispiam causas agere. Suadetur ab
40 amicis, nullus dissuadet. Num idcirco iam suasoria impleta non est? Laudatur verbi gratia caelum. Nullus contra vituperat. Numquid laus stare non potest, quia e diverso nemo dicit? Ita non omni modo habent depulsionem. Constitutio autem esse sine depulsione nullo modo potest. Quomodo
45 ergo res tam diversas inter se iunxit et statui subiecit deliberativam et demonstrativam, quae etiam sine statu esse possunt, cum dixerimus ex intentione et depulsione iudicium nasci? Quomodo dixit: Deliberativum vel demonstrativum habet statum, in quo nemo accuset, nullus defendat? Sed
50 intentio et depulsio controversiam faciunt, status vero ubique versatur. Denique et privati actus nostri status recipiunt.

Sive constitutionem primam causae accusatoris confirmationem dixerit sive defensoris primam deprecationem Modo
55 tractat de opinionibus <variis>. Alii enim dicunt: Constitutio unde nascitur? Ex prima causae confirmatione, id est ex

67 *aβ*]

67,27 partis *G Cic.*: -es *ω* **67,28** multo *V*: -um *ω* **67,38** habet *a* **67,53** primam causae accusatoris *β Cic.*: sive primam causae partem *a* **67,55** *add. Jak.*

intentione accusatoris. Alii dicunt, ut supra diximus: Ex <prima> voce rei, id est ex depulsione defensoris. Sane recte fecit Tullius dubitare, quoniam alii aliud dicunt.

1,14 **Deinde coniecturalis causa <non potest simul ex ead>em parte** Cui alterius partis accessio augmentum facit, genus est; cui vero augmentum non facit, pars est, ut puta animal habet sub se aquilam hominem equum. His si accesserit corvus, crescit genus, id est animal; non aliqua de illis partibus 5 maior fit, sed unaquaeque suis nititur viribus. Ergo quicquid augmenti beneficium sentit, genus est, quod vero non sentit, pars est.

Videamus haec quo pertineant. Coniectura vel finis partes sunt. His si accedat relatio, numquid augeri possunt? 10 Minime, quia relatio suo iure nititur, coniectura suo, nec eo fit violentior, quia in eadem causa relatio est, nec, si alii status accedant, augeri pars potest.

Contra deliberatio in una causa atque in ipso genere et coniecturam habere potest et finem, et si alii status incide- 15 rint, augeri videtur deliberativa et violentior fit et ei proficiunt, ob quam rem genus est, non pars. Scimus autem plures in deliberativa incidere status, ut est illa Virgiliana suasio, qua deliberat Latinus an filiam suam Aeneae collocet. Primum enim negotialis est, an honestum sit dare filiam 20 peregrino exuli, ut est: *Exulibusne datur ducenda Lavinia Teucris?* Deinde venialis: *Nec te miseret nataeque tuique?* Deinde coniectura, utrum eam sit relicturus annon. Et hoc gentis probat exemplo dicens: *At non sic Phrygius penetrat Lacedaemona pastor / Ledaeamque Helenam Troianas vexit* 25

68,57 p. 53,66 **68,21** Aen. 7,359 **68,22** Aen. 7,360 **68,24** Aen. 7,363 sq.

68 *aβ*]
68,58 *add. Jak.* **68,1** *suppl. ex Cic. Jak.*: causae partes *ω* **68,2** accessio *Martin*: accusatio *ω* **68,21** <et> exuli *G* **68,23** eam *G*: eum *ω* **68,24** at *BRG*: ac *PZV*

ad urbes. Deinde sequitur definitio, qua monebant fata exterum debere generum sociari, exterum esse, quicumque extra regnum suum sit: *Omnem equidem sceptris terram quae libera nostris / dissidet <externam reor>.* Deinde videtur inci-
30 dere scriptum et voluntas. Nam interpretatur oraculum, cum dicit: *Et sic poscere divos.* Ergo multi et paene omnes in deliberativa status incidunt et eam augent, quibus rebus apparet eam genus esse, non partem.

Tractat autem per syllogismum quadripertitum.

35 **Idem in demonstratione solet usu evenire** id est raro venire. Et quare dixit *solet evenire*? Quia in genere demonstrativo difficile status incurrunt. Aut enim laudas aut vituperas; tamen evenit, ut sit in demonstratione coniectura. Nam Demosthenes laudem dicebat Osiris, quem colunt deum Ae-
40 gyptii. In qua laude dixit ipsum primum invenisse astrologiam. Tunc ei dictum est: Doce eum primum invenisse. Ille cucurrit per tempora et docuit eum primum invenisse astrologiam. Ex eo ergo, quod ei obviatum est, videtur coniectura. Vides, quod in demonstrativo genere solet evenire
45 idem, quod in deliberativo.

Haec ergo constitutio, quam generalem nominamus De generali constitutione nascitur iuridicialis et negotialis. Inter iuridicialem et negotialem hoc interest, quod in iuridiciali *aequi et recti natura, poenae et praemii ratio quaeritur*, sed
50 de praeterito tempore, in negotiali autem de futuro.

Aequi et recti natura Sunt multa quidem iusta, sed non sunt legitima, ut si amicum egentem video et ei donem. Est quidem iustum, quod feci, sed non legitimum. Item legitimum et non iustum, ut lex: 'Filium patri intra aetatem liceat

69,28 Aen. 7,369 sq. **69,31** Aen. 7,370

69 *αβ*]
69,26 facta *a* **69,29** *suppl. Jak. ex Verg.* **69,35** venire *β* id est *GV*: idem *ω* **69,49** poena *a*

exheredare'. Pater intra illam aetatem filium, qua peccare non posset, exheredat. Est quidem iniustum, sed legitimum.

Praemii et poenae ratio Hoc modo arguitur Verres, quod cives Romanos occiderit; dicitur recte fecisse, quia meruerunt. Senserunt enim cum Sertorio adversus patriam; quod ad relationem pertinet, quae ex assumptione nascitur, iuridicialis filia. Item de praemio: Obicitur ei, quod scribam suum aureo donaverit anulo, et dicitur ideo illum hoc fecisse, quod eius furtorum esset conscius. Respondet: Donavi illum anulo, quia meruit, quia rectum fuit probatae fidei insignia tribuere. Vides ergo hoc utrumque esse de praeterito. Ratio autem de praeterito dicitur, ratiocinatio de futuro.

Negotialis, in qua, quid iuris ex civili more et aequitate sit, consideratur In negotiali de futuro hoc modo: Quaeritur, si liceat filios indemnatos occidere. Filius timidi profectus est ad bellum, fortiter fecit. Reversus ad patrem vocatur ad poenam. Contradicit. Hic quaeritur, utrum debeat puniri, quod adhuc de futuro est. Quando generaliter lege cautum est, vocatur in speciem negotialem, ut puta 'vir fortis optet quodlibet praemium'. Hoc generale est. 'Vir fortis virginis vestalis optavit nuptias'. Hoc speciale est. Hic quaeritur iuris periti prudentia, utrum hoc vel more vel aequitate possit fieri.

1,15 Et quod diximus esse in iuridiciali, hoc est in filiabus eius. Nam ipsa desinet esse status, cum vim suam filiabus tradiderit, id est absolutae et assumpt<iv>ae. Inter quas hoc interest, quod absoluta inter se habet *iuris et iniuriae quaestionem* et per se potest accusare, per se potest defendere. Assumptiva autem haec eadem continet, sed non potest per

70,57 cf. Cic. Verr. II 5,72; 146 sqq. **70,61** cf. Verr. II 1,157; 3,185 sqq.

70 *aβ*]
70,63 respondit *a* **70,67** aequitatis *a* **70,1** iuridiciale *a* **70,3** *corr. Martin*

se defendi, sed per causam. Et ideo ita dicitur, quia per *se nihil dat firmi ad defensionem*, sed extrinsecus aliquid sumit. Neque enim Orestes dicit: 'Licuit mihi matrem occidere',
10 sed dicit: 'Occidi quidem, sed meruit'. Nam tolle 'meruit' et per se defendi non potest, quod in absoluta potest fieri hoc modo: 'Desertorem occidere liceat'. Imperatoris filius in bello patrem deseruit et eum pater interemit. Arguitur. Dicit: 'Feci, quia licuit', et potest se hoc uno statu contemptis aliis,
15 qui possunt incidere, defendere.

Absoluta autem tractatur quattuor partibus: Lege arte more natura. Lege, ut: Qui tres filios indemnatos occiderit, reus fit ab uxore malae tractationis. Arte: Naufragia pictor pinxerat; nemo navigabat. Reus fit laesae rei publicae. Mo-
20 re: Erat apud Scythas mos, ut a filiis patres sexagenarii occiderentur. Scytha cum filio migravit Athenas. Hic impletis sexaginta annis a filio occisus est. Reus fit parricidii. Natura: 'Abdicare et recusare liceat'. Quidam dum innititur filio, cecidit. Filius risit. Vult illum pater abdicare. Contradicit. Dicit
25 enim: 'Risi quidem, sed hoc natura est'. Verum haec qualitas absoluta non satis per se ipsam defenditur, nisi habuerit extrinsecus argumenta, ut dicat se risisse non tam casum patris quam humanae conditionis incerta. 'Simul', inquit, 'gressum ferebamus et uni casus nocuit'. Haec igitur absolu-
30 ta dicitur per naturam.

Assumptiva autem dividitur in partes quattuor, in concessionem criminis, in remotionem, relationem, comparationem, quae et compensatio dicitur.

Remotio est, quando crimen illatum personae in aliam
35 personam retorquetur, ut puta legatus a quaestore pecunia accepta ad provinciam intra diem tricesimum proficiscatur. Non accepta pecunia intra diem praestitutum non est

71 *aβ*]
71,14 se *Jak.*: sed *a*: *om.* *β* **71,17** occiderit *G*: -rat *ω* **71,27–28** casu ... incerto *β* **71,35–36** pecunia accepta *γ*: pecuniam *ω*

profectus. Accusatur, quod non secundum legem profectus fuerit. Contradicit. Dicit enim: 'Non est mea culpa, sed quaestoris, qui pecuniam tarde dedit'. Ecce removet in ali- 40 am personam crimen; ideo dicitur remotio. Hoc autem dupliciter fit, cum *aut causa aut factum in alium transfertur.* Factum: Ut si dicatur alicui 'cur hominem occidisti?' ille respondeat 'non ego feci, sed hic, qui me vi et imperio suo coegit, ut facerem'. Causa autem secundum illud exemplum, 45 quod dedimus de legato, qui dicit non suam causam fuisse, sed quaestoris, quod profectus intra diem praestitutum non est.

Relatio criminis est ut puta Milo accusatur, quod occiderit Clodium. Ille dicit 'iure feci, quia ipse mihi hoc voluit face- 50 re'. Dicit se retulisse illi vicem, et ideo relatio dicitur.

Compensatio, quae et comparatio dicitur, quando assumitur defensio ex eo, quod existimatione mali, quod praecessit, bonum videtur esse, quod factum est. Ideo dicitur compensatio. Et numquam comparatio vel compensatio, nisi 55 quando plus boni habet, quod est factum, postea, quam mali habet illud, quod praecessit. Item nunquam fit compensatio, nisi quando malum fit, post bonum, non primo bonum et post malum. Bono priore postea fit malum, ut si dicat Tullius: 'Ideo contra legem Porciam gladio cives Romanos 60 occidi, quia imminebat per illos patriae periculum'. Ecce plus boni habet quam mali, quod fecit. Vir fortis autem non potest dicere: 'Ideo fortiter feci, ut postea parricidia perpetrarem'. Unde quidam errantes in loco illo 'de suppliciis', ubi ab Hortensio Verris crimina defenduntur et pro eo, 65 quod est bonus imperator, veniam postulat, cum dicit: *Sit*

72,66 Cic. Verr. II 5,4

72 *αβ (post 51* vicem *def. R)*
72,40 removet *G*: -it *ω* **72,46** dicit non *Jak.*: non dicit *ω* **72,52** quae *GV*: quod *ω* **72,58–59** *dist. ante* bono *Jak.*: primo ... malum *secl. Martin*

fur, sit sacrilegus, ut est bonus imperator esse <putant compensationem> 'quod fur, quod sacrilegus fuit'; sed deprecatio est. Nam deprecationem esse et ipse Tullius mani-
70 festum fecit, cum dicit: *Tum deprecabitur a vobis, tum etiam <pro> suo iure contendet.* Ergo compensatio tum probatur, cum, ut diximus, ex ipso malo, quod factum est, meliora nascuntur.

Diximus, per quas partes assumptiva constet, sed de con-
75 cessione tacuimus, quam proposueramus, ideo quia partes suas habet *purgationem et deprecationem*. Quae nunc explicitis omnibus accommodatius dicitur. Ideo autem concessio dicitur, quia conceditur culpa et admissum crimen in <purgatione defenditur casu necessitate imprudentia>. Impru-
80 dentia, ut puta 'exulem intra fines deprehensum liceat occidere'. Unus de geminis in exilium missus est, alterum quidam intra fines invenit et occidit. Reus est caedis. Confitetur factum, sed defenditur pro imprudentia, quia, cum occidit, propter similitudinem vultus putaverit fuisse damna-
85 tum. Casu, ut si quis, dum ad feram telum iacit, hominem occiderit. Defendit se pro casu. Necessitate: 'Navis rostrata portum Rhodiorum ne ingrediatur'. Quaedam pulsa tempestate illuc devenit. Tenetur a quaestore, ut fiat publica. Excusatur necessitate.

90 Ecce tres partes purgationis, quas diximus, in Ligariana Tullius servat. Accusatur enim Ligarius, cur cum Pompeio fuerit, et utitur primo imprudentia dicens nescientem se belli profectum, deinde casu, cum dicit bellum subito exarsisse, postremo necessitate, cum se retentum intra Africam dicit.

73,70 Verr. II 5,2 **73,75** p. 71,31 **73,90 sqq.** Lig. 2–5

73 *αβ*]
73,67 fur, sit *Martin*: forsitan *ω* **73,67–68** esse <putant compensationem> *Jak.*: est *ω* **73,71** *suppl. Jak. ex Cic.* **73,77** accomodatius *Martin*: -tio *ω* **73,78–79** *add. Jak.* **73,85** dum *α*: domi *β* **73,90** leg- *a (item 91 et 101)*

**Deprecatio est, quando et peccasse confitetur reus et con- 95
sulte peccasse** id est non imprudentia, non casu, non neces-
sitate, sed tamen deprecatur veniam. *Quod genus* causae in
iudicio *perraro accidit.* Iudices etenim lege compelluntur
sententiam dicere. Ergo hoc genus causae pertinet aut ad
populum aut ad senatum aut ad imperatorem, quae potesta- 100
tes dant veniam facile. Unde et Tullius pro Ligario veniam
deprecatur apud Caesarem, quem scit posse omnia, et
quamvis agat, sicut diximus, pro purgatione, tamen utitur
etiam deprecatione, ut confiteatur factum, petat veniam.
Ideo autem admiscuit purgationem, quia deprecari solum 105
turpe est. Nam hoc est crimen confiteri. Unde in Miloniana
ait: *Nec deprecaturi sumus, ut hoc crimen nobis propter mul-
ta et praeclara in rem publicam merita condonetis.*

1,16 **In quarta constitutione, quam translativam nominamus**
Atque iam multos dixit status, sed illi omnes ex generali
descendunt; ideo pro ipsa sola ponuntur. Ergo quantum ad
naturam pertinet, haec constitutio quarta est. Inter translati-
onem autem et remotionem hoc interest, quod remotio fit 5
de praeterito facto, translatio de futuro faciendi. Ut si dica-
tur Verri: 'Tu posuisti pecuniam', ille dicat: 'Non ego, sed
scriba meus'. Ecce de praeterito remotio, si aut causa aut
factum in alium transferatur. <De futuro faciendi translatio,
si ***>, ut in Pisoniana ait, cum agit Pisonem *** vituperet: 10
'Non me debes lacerare, quia non ego te in exilium misi,
sed Caesar et Pompeius'. De ratione autem status huius, id
est translationis, superius iam diximus.

74,101 Lig. 30 sqq. **74,107** 6 **74,10** frg. 20 Nisb. **74,13** p. 53,73

74 *αβ*]
74,108 in re p. *ω, corr. Martin* **74,8–9** si – transferatur *post p. 74,108* condonetis *ω; transp. Jak. et lac. ind.* **74,10** agit *om. β lac. stat. Jak.*

Huius constitutionis Hermagoras inventor esse existima-
15 **tur** Superius Hermagoram lacerabat; quod ut videatur invi-
tus fecisse, nunc eum adversus alios defendit. In quo tamen
plus ei detrahit. Nam dicit ab eo inventum, quod non sit
magnum, quod ita expositum est omnibus, ut a quovis vide-
ri pot<u>erit. Nec plenam ei huius status inventionem dat;
20 nam dicit superiores oratores hoc statu in controversia usos
fuisse, hunc solum nomen dedisse.

**Et constitutiones quidem et earum partes exposuimus,
exempla autem cuiusque generis tunc commodius expositurі
videbimur, cum in unum quodque eorum argumentorum**
25 **copiam dabimus** In secundo enim libro dicturus est de divi-
sionibus et propositis thematibus vel accusatori vel reo da-
turus colores.

Constitutione causae reperta statim placet considerare, **1,17**
utrum causa sit simplex an iuncta *ex pluribus* vel *ex compa-
ratione.* Videamus, ubi iuncta ex pluribus causa est: Infirma-
tis reliquis unum approbaturus es. Nam si omnia volueris,
5 invicem se expugnabunt neque potes dicere videri tibi et
diruendam Carthaginem et deducendam coloniam et eam
Carthaginiensibus reddendam. Sed cum dixeris non esse
Afris reddendam neque eo deducendam coloniam, tum dicis
eam debere dirui.

10 In comparativo non infirmatis aliis sed approbatis unum
quiddam magis faciendum esse dicis, quod magis est neces-
sarium. Neque enim potes dicere non esse utile, ut contra
Philippum mittantur auxilia Acarnaniis, quia Acarnana per-
ire publica res non debet, nec dicis non debere liberari ab

75,15 inv. 1,8

75 *aβ*]
75,19 pot<u>erit *Jak.*: poterit *ω* **75,26** thematibus *Jak.*: testi-
bus *ω* **75,1** constitutiones. causa *a* **75,4** es *Z*: est *ω* **75,7**
dixeris *GV*: -it *ω* **75,11** quod *G*: quia *ω* **75,13** Acarnaniis …
Acarnana *Jak.*: Asianis … Asia *ω*

hostibus Sardiniam; nam et ipsa liberanda est. Sed dicis debere quidem et contra Philippum mitti et contra Sardos, sed magis in Italia retinendas copias, quia hoc maius et periculosum bellum est, quod Romam et ipsum caput petit imperii. 15

Proposito igitur themate primo quaerenda est controversia, deinde simplex sit an ex pluribus; et si erit simplex, partitionem facere non debes. Nam non minus vitium incurritur, si in simplici ponatur partitio quam si in coniuncto non ponatur. Hortensius reprehenditur, quia et in simplicibus causis partiatur, ut in Quinctiana: *Faciam, ut te semper animadverti facere, Hortensi: Totam causae meae dictionem in partes dividam.* Tum demum videndum est, utrum in ratione sit controversia an in scripto. 20 25

Nam scripti controversia est ea, quae ex scriptionis genere nascitur. Eius autem genera, quae separata sunt a constitutionibus, quinque sunt Hermogenes, artis graecae scriptor, dicit qualitatem esse divisam in rationem et in scriptum; ex ratione nasci negotialem et iuridicialem vel quae ex his fiunt, ex scripto vero quinque, id est scriptum et voluntatem, leges contrarias, ambiguitatem, ratiocinationem, definitionem. Haec autem, si lex nulla sit, esse penitus non possunt, unde etiam a quibusdam legales vocantur; et sciendum, quod Hermogenes quattuor tantum dixit, definitionem autem Cicero repperit, quae quinta est. 30 35

Harum videamus themata! Lex: 'Peregrino murum ascendere ne liceat'. Belli tempore peregrinus murum ascendit. Fortiter fecit. Ad poenam petitur. Contradicit. Hic iam quaeritur, utrum lex etiam de hoc posuerit, et pro ingenii captu ostendendum est vel ab accusatore vel a reo, utrum 40

76,24 35 **76,31** stat. p. 37,18 R.

76 *aβ*]
76,17 Italia *Martin Cic.*: -am *ω* **76,19** quaerenda *G*: -dum *ω* **76,28** deinde considerandum est *ante* nam *a* **76,35** lex *Jak.*: simplex *ω (*in eis lex *Martin)* **76,39** peregrinum *a*

id sequendum sit, quod in scripto continetur, an quod vo-
45 luntas habet. Scriptum et voluntas est, quando scriptum contra voluntatem pugnat; aliud enim in scripto esse dicitur, aliud in voluntate. Videatur autem hic compensativus esse status, hic cum dicit: 'Feci, sed profui'; sed non ita est. Nam ibi dicit, se fecisse malum, ut bonum consequeretur, hic non
50 confitetur se fecisse malum, ut melius eveniret, sed nititur voluntate legis. Dicit enim latorem non sensisse de eo peregrino, qui fortiter fecisset, sed de eo, qui posset nocere civitati. Nam cum leges omnes pro rei publicae utilitate dentur, hic non fecit contra leges, qui pro rei publicae utilitate
55 pugnavit. Non potest ad poenam teneri, cum etiam ipsae leges se velint pro rei publicae utilitate contemni. Dicit ille, qui nititur scripto, quid iubeat lex, id est, ne peregrinus murum ascendat. E contrario dicitur ei: Iste iam civis est, qui ita pro urbe nostra fortiter fecit. Deinde sciendum est, quod
60 scriptum et voluntas a compensatione hac ratione dissentiunt. Tolle enim de scripto et voluntate legem, perimitur controversia.

Leges contrariae compensationis themate fiunt, non quia ipsae per se contrariae sunt, ut puta lex est, ut, filius parenti
65 nisi opitulatus fuerit, puniatur, alia, si vir templum Cereris ingressus fuerit, ad poenam pertineat. Adhuc sibi hae leges non sunt contrariae, quia unaquaeque diversa resecavit, sed fiunt contrariae hoc modo: Cuiusdam mater in templo Cereris vapulabat. Ille irrupit et matri tulit auxilium. Petitur ad
70 poenam. Nam contra leges ingressus est. Contradicit. Sed in hoc statu paene videtur genus esse asystati, quod ἐξισάζον dicitur. Nam et reus et defensor legibus se niti dicunt. Sed ita liberatur asystaton, ut videatur, quae lex antiquior sit,

77 *aβ*]
77,48 hic *om. β* **77,53** dentur *Jak.*: dicentur *ω* **77,63** themate B^1G: -is *ω, fort.* cum peristasi thematis *pro* comp. th. **77,64** sint *a* Z^2 parenti *Jak.*: patri *ω* **77,71** EKAIKΛZON *vel sim. codd., rest. Martin*

quae utilior, quae causam hominum contineat, quae deorum, quae imperet, quae permittat. Imperat enim illa lex: 'Desertor capite puniatur'; permittit illa: 'Vir fortis optet praemium, quod volet'.

Ambiguitas est, ubi id, quod scriptum est, duas aut plures res significat. In ambiguitate error est, qui fit modis quinque, id est per discretum et indiscretum, per homonymiam, per distinctionem, per abundantiam, per deficientiam.

Per discretum vel indiscretum ita fit: 'Meretrices ancillae publicae sint'. Ecce ambiguum: Nescit<ur>, quid decrevit. Quid enim discrevit? Quaeritur enim, de ancillis an de ipsis meretricibus dixerit.

Per homonymiam, id est nominis dubietatem, fit ambiguitas, ut puta quidam adulescens audita Laidis Corinthiae fama redactis in pecuniam bonis suis Corinthum profectus est. Susceptus hospitio a quadam, quae et ipsa Lais dicebatur. Mortuus in testamento Laidem scripsit heredem. Contendunt ambae de hereditate et haec est nominis ambiguitas.

Per distinctionem fit, si male distinguat testator, ut puta quidam duos amicos habuit Lesium nomine et Milesium. In testamento scripsit: HERESESTOMILESI. Contendunt ambo distinctione. Lesius dicit: Ita scripsit 'eres esto, mi Lesi'. Ille dicit: Non ita, sed 'heres esto, Milesi'.

Per abundantiam ita: Si lator plus loquendo, quam competit, faciat ambiguitatem, ut puta: 'Meretrix, si utitur veste aurea, publica sit'. Nescitur hic, quid sit publica, vestis aurea an ipsa publica sit. Et hic quaerendum est, quid magis fieri possit, quid prosit vel quid in aerarium mitti possit et prodesse populo. Meretrix vero omnibus servire non potest; velint enim omnes eadem nocte illam. Atqui hoc fieri nullo modo potest. Ex his argumentis asystaton dividitur.

78 *αβ*]

78,83 *add. Jak.* decrevit *α*: discrevit *β* **78,88** corinthum *G*: -o *ω* **78,89** Lais *Martin*: -ides *ω* **78,99** nascitur *α*

105 Per deficientiam fit ita: Si in postremo sermo deficiat et faciat ambiguitatem, ut puta: 'Tria vasa heres meus amico meo det, quae voluerit'. Ambiguum enim heres et legatarius. Heres dicit: 'Mihi iussit, ut eligam et dem tibi, quae volo'. Item ille dicit: 'Mihi iussit, ut eligam'. Et defunctus ser-
110 monis ambiguitatem facit. Nam debuit dicere: 'Tu aut tu'.

Ratiocinatio est, quae habet in se similiter modos <quinque> sicut ambiguitas, a simili, a consequenti, a contrario, a maiore ad minus, a minore ad maius.

A simili, ubi intellegitur per id, quod scriptum est, id,
115 quod scriptum non est, ut puta: 'Qui patrem pulsaverit, manus perdat'. Quidam matrem pulsavit. Intellegitur idem decrevisse etiam de matris pulsatione. Est enim similis pietas ideoque dicitur a simili.

A consequenti: 'Adulterum caecare liceat'. Quidam dives
120 deprehensus caecatus est. Denuo parasito duce ad adulteram dives accessit. Ipsum parasitum maritus caecavit. Dicit ille: 'Numquid me lex caecari iussit?' Dicit ei maritus: 'Simile est factum. Oculis enim tuis huc adulter advenit'. Ideoque dicitur a consequenti.

125 A contrario: 'Desertor capite puniatur' ex eo, quod poenam voluit lex decernere desertori. A contrario intellegis voluisse praemium viro forti eandem legem ideoque dicitur a contrario.

A maiore ad minus, ut puta: 'Exulem intra fines repertum
130 liceat occidere'. Quidam inventum intra fines exulem non occidit, sed verberavit. Accusat eum iniuriarum. Dicit ille: 'Si occidere me licuit, quanto magis verberare?' Ecce a maiore ad minus, id est ab homicidio ad verbera.

79 *αβ*]

79,105 sermo *Jak.*: verbo *ω* **79,107** legatarius *GV*: legarius *ω* **79,111** *suppl. Jak.* **79,114** intellegitur per id *Jak.*: intelligentia aperit *ω* **79,127** eandem legem *Jak.*: eadem lege *ω* **79,132** te *Martin*

A minore ad maius fit hoc modo, ut puta: 'Qui protexerit in bello commilitonem, coronetur'. Quidam miles imperatorem protexit. Petit coronam; dicit enim: 'Si militi lex coronam dedit servato milite, quanto magis imperatore protecto? Amplius est enim imperatorem servare quam militem, siquidem ipse imperet non solum aliis, sed etiam in bello militis fungatur officio, ut Sallustius: *Vel imperatore vel milite me utemini.*' Ecce a minore ad maius. 135 140

His igitur modis ratiocinationis *** ratiocinatio autem dicta est, quod reddas rationem, quid oporteat a simili, quid a consequenti iure factum sit, quid a contraria parte verum videatur vel a minore ad maius vel a maiore ad minus. 145

Diximus igitur de scripto et voluntate, de legibus contrariis, de ambiguitate, de ratiocinatione; nunc de definitione dicamus. Inter hanc definitionem, quae ex lege nascitur, et illam, quae ad rationem pertinet, hoc interest, quia haec sine scripto esse controversia omnino non potest, illud vero etiam sine lege stat. Talis est <lex>: 'Qui navem in periculis non deseruerit, ipse sit dominus'. Quidam navigantes naufragum nautam in navem suam receperunt. Exorta magna tempestas est. Dominus navis in scapham descendit et religato fune remis navem coepit trahere. Naufragus ad gubernacula transit. Mercator, cuius erant onera, vulnus sibi, non tamen letale, impressit. Sedata tempestate ventum est in portum. Omnes litigant et dicunt suam debere esse navem; nam omnes se ostendunt non deseruisse. Hic ergo verbis monstrandum est, quid sit navem deserere. Hic si legem removeas, penitus controversia esse non potest. 150 155 160

Videamus nunc aliud thema, in quo etiam lege sublata per finem stet controversia! 'Vir fortis petat praemium,

80,140 Catil. 20,16

80 *aβ*]
80,139–140 imperat ... fungitur *β* **80,142** mod. ratiocinatio <tractatur> *GV* **80,150** illa *G; fort. recte* **80,151** *suppl. Jak.*

quod volet'. 'Adulterum cum adultera liceat occidere'. Vir
165 fortis praemii nomine alienam uxorem meruit. Quinque dierum spatium legibus petit, impetravit; intra quod tempus maritus inventum cum uxore virum fortem quasi adulterum interemit. Arguitur laesae rei publicae. Contradicit. Definitur enim, utrum hoc sit rem publicam laedere. Hic etiamsi
170 legem tollas, stat controversia hoc modo: Vir fortis quidam a populo praemii nomine sub aliquot dierum dilatione alienam uxorem meruit. Intra quod tempus a marito cum ea inventus est occisus. Arguitur interfector. Contradicit. Et definitur, utrum ille vir fortis fuerit, utrum id adulterium
175 fuerit admittere.

Redeamus nunc ad propositum lectionis, quia iam exposuimus omnia.

Verba ipsa videntur cum sententia scriptoris dissidere id est scriptum et voluntas, sicut supra diximus.

180 **Tum inter se duae leges aut plures discrepare** id est leges contrariae, sicut supra diximus.

<Tum> id, quod scriptum est, duas aut plures res significare id est ambiguitas et <fit> per quinque modos, sicut supra diximus.

185 **Tum ex eo, quod scriptum est, aliud quoque, quod non est scriptum, inveniri** id est ratiocinatio idque habet similiter partes quinque, in qua intellegitur, sicut supra diximus, per id, quod scriptum est, id, quod scriptum non est.

Tum vis verbi quasi in definitiva constitutione, in quo po-
190 **sita sit, quaeri** Hic definitionem dicit.

81,179 p. 76,39 **81,181** p. 77,63 **81,183** p. 78,78 **81,187** p. 79,111

81 *aβ*]
81,167 maritus *ante 165* quinque *ω; transp. Jak.* **81,178** sententiis scripturis *a* **81,182** *add. Jak. ex Cic.* **81,183** *suppl. Jak.* **81,186** est[2] *om. a* ratiocinatio *Jak.*: -onem *a*: -one *β* **81,189** constitutione *om. a*

1,18 **Ac tum considerato genere causae † et simplex** Instituit
oratorem his praeceptis et veluti fundamenta iaciens osten-
dit, quid primo quaeratur, quid posterius. Primo enim consi-
derata constitutione, id est controversiae ubi videris qui sit
status, an qualitas an coniectura an finis an translatio an 5
certe quaelibet pars qualitatis, deinde debes quaerere pro
causae partitione, ut supra diximus, an simplex causae genus
sit an iuncta. Si iuncta, quaerere debemus, ex pluribusne
iuncta sit quaestionibus an ex comparatione aliqua. Sane
debemus quaerere, utrum in scripto sit controversia an in 10
ratione. In ratione, quam supra diximus, id est, utrum sit
qualitas an finis an coniectura an translatio. In scripto fit
controversia, quando de verbo scripti quaeritur, id est legis,
quod supra diximus exponentes illos legales status quinque,
scriptum et voluntatem, leges contrarias, ambiguitatem, ra- 15
tiocinationem, definitionem. Ergo his perquisitis personam
sibi orator proponat, cum qua conflictetur. Omnis autem
conflictio in intentione est et depulsione, unde nascitur
quaestio. Quaestio enim dicta est, quod contemplans iudex
intendentem et depellentem quaerit, utrum fecerit an non. 20
Deinde ex hac quaestione procedit ratio et infirmatio ratio-
nis. Quaerit enim iudex reddere rationem reum, infirmat
accusator rationem rei, sequitur iudicatio iudicis. Deinde fir-
mamentum restat, id est concludendae controversiae robur.
Nunc redeamus ad singula. 25

'Fecisti': 'Non feci'. Nascitur quaestio. Iudex enim audita
intentione et depulsione, id est antequam perveniat ad con-

82,7 p. 75,28 **82,11** p. 76,30 **82,14** p. 76,33

82 *αβ*]
82,1 et simplex *om. β; fort. recte* **82,4–5** *dist. Jak. (fort.* const. <causae>*)* **82,4** controversiae *Jak.*: -a *ω* **82,6–7** pro causae partitione *Jak.*: per causam partitionis *ω* **82,8** iuncta[1]] *sc.* causa **82,13** legis *G*[1]: -es *ω* **82,18** unde *om. a* **82,21** quaestio *a* **82,22** reum *V*: -us *ω*

troversiam, est [enim] adhuc in dubio. Quaeritur, utrum
Orestes fecerit parricidium. Ex hac igitur quaestione ratio
30 rei nascitur, quoniam, si rationem non reddat reus, non stat
controversia. Nisi enim dicat Orestes ‘feci, sed ratione feci;
illa enim patrem meum occidit’, non habet ullam defensio-
nem; ideo ratio dicitur. Audita igitur hac ratione iudex ex-
spectat et accusatoris infirmationem, id est qualiter infirmet
35 accusator rationem rei. Infirmatio enim non iam firmatur
nisi translatione; adeo rationi semper est inimica translatio.
Non enim laborat accusator, ut defendat mortem Clyteme-
strae, sed ut ita dicat: ‘Est quidem, quia iure occisa est, sed
a te filio occidi non oportuit’. Ex hac ergo ratione et infir-
40 matione fit certa iudicatio, quae ante controversia. Pendet
in quaestione rationis, post hoc iam iudicat iudex, rectumne
fuerit ab Oreste matrem occidi, cum illa eius patrem occidis-
set.

Sed ubi haec iudicatio processerit, firmamento causae **1,19**
opus est per plurima argumenta a parte defensoris, ut dicas
*eiusmodi animum fuisse Clytemestrae in patrem, in regnum,
in famam generis et familiae, in ipsum Orestem,* ut iure fac-
5 tum sit, et eandem ab alio iure non <oportuisse> occidi, sed
a filio matrem necatam, quia huius fuerit animi. Sed sane ut
his argumentis or<di>natius utamur, opus est partibus oratio-
nis sex, quas in hoc libro praecipit, et sunt hae: Exordium
narratio partitio confirmatio reprehensio conclusio.

10 **In coniecturali autem constitutione** Cum aliquid nobis in-
tenditur, necesse est, ut negemus. In hac constitutione, quia
factum non extat, ratio non est. *Non potest* ergo *ex deductio-*

83 *aβ*]
83,28 *secl. Jak.* dubio *V*: -um *ω* **83,30** reddit *β* **83,31** nisi *V*: nunc *ω*: nunc enim <nisi> *Beck* **83,41** hoc *Jak. coll. p. 84,21*: hac *ω*: hanc *GM* **83,1** processerit *Jak.*: praecesserat (-it *GV*) *ω* **83,4** familiae *Martin Cic.*: -am *ω* ipsum Orestem *GV*: -o … -e *ω* ut *a*: et *β* **83,5** *suppl. Jak.* **83,7** *add. Jak.* **83,8** praecipit *B*: -cepit *ω* **83,9** partitio *om. β*

ne rationis iudicatio nasci, sed est quaestio, id est animi iudicium, feceritne.

Quare necesse est eandem esse quaestionem, quam et iudicationem Superius quae sumus complexi, si teneamus, haec facilius intellegemus. Diximus enim, quoniam primo iudex in quaestione pendet. Deinde ubi cognoverit reum fecisse rationem, infirmat accusator per translationem. Dicit enim: 'Constat quia iure factum homicidium, sed non a te fieri oportuit'. Post hoc iudicatio est et firmamentum causae. Ergo ubi ratio fuerit, ibi infirmatio est et iudicatio, in coniecturali autem statu, id est ubi factum intenditur, sed omni modo negatur, in sola tantum quaestione iudicatio est. In eo enim iudicat iudex, ut quaerat, factumne sit, quod negat<ur>. Illic enim ratio est, ubi dicitur iure factum, et illic infirmatio rationis est, ubi ratio processerit, quae contra se armat infirmationem. Hic autem, ubi coniectura est, id est, ubi negat<ur> factum, scit omnem iudicationem in quaestione esse. Quid enim facere iudex potest, nisi ut requirat, factumne sit? Hic nec ratio est nec infirmatio. Quare non sunt nisi in concessione.

Quot autem in causa constitutiones <aut earum partes erunt, totidem necesse erit quaestiones, rationes>, iudicationes, firmamenta reperiri Contingit, ut in una causa multae sint quaestiones, et necesse est, ut ex multis quaestionibus iudicationes multae sint. Ita ex multis iudicationibus necesse

84,17 p. 82,26

84 *αβ*]

84,13 narrationis *ω, corr. Martin* **84,13–14** *fort.* sed ex quaestione est omne iudicium **84,17** intelligimus *α* **84,20** a te *β*: ante *B*: ad te *P* **84,21** oportuit *β*: non potuit *α* **84,26** *et* **29** negatur *Martin*: negat *ω* **84,33** constitutiones *Martin Cic.*: -is *ω* **84,33–34** *suppl.* G^2 *in marg.* **84,34** iudicationes G^2: -is *ω* **84,37** sint *G*: sunt *ω*

est per se reum habere multas rationes et adversarium multas infirmationes. Deinde quot fuerint haec, tot erunt etiam
40 firmamenta. Veluti in Miloniana nascitur quaestio: 'Cur occidisti Clodium?' Subicit reus rationem: 'Iure feci, quia ille me voluit occidere'. Ex his iudicatio iam nascitur. Venit e contra infirmatio per translationem, qua ratio destruatur, ut dicat adversarius: 'Sed a te eum non oportuit occidi, sed a
45 senatu'. Deinde firmamentum sequitur: 'Sed occidi eum, qui hunc animum circa omnes habuit, qui olim cogitavit de nece Pompei et reliqua'. Altera quaestio: 'Cur occisus est, si ipse praeparaverat, ut occideret?' Ratio rei: 'Quia contingit, ut viator securus occidat praeparatum latronem'. Infirmatio
50 adversarii: 'Sed non potuit casu, quia locum tenebat editum et habebat virum a viro lectum'. Sequitur iudicatio ex his, an iure sit occisus Clodius; deinde firmamenta causae: Ideo etiam praeparatus occisus est, quia dissoluti fuit animi, qui etiam sororis concubitus non vitavit et reliqua talia. Vides
55 ergo, quia, quot fuerint in causa quaestiones, tot necesse est esse iudicationes, tot rationes vel infirmationes, tot causae firmamenta.

His omnibus in causa repertis tum denique singulae partes totius causae considerandae sunt. Nam <non> ut quic-
60 **quid dicendum est primum, <ita primum> animadvertendum videtur; ideo quod illa, quae prima dicuntur, si vehementer velis congruere et cohaerere cum causa, ex his ducas oportet, quae post dicenda sunt** Dedit praecepta posterius, ut requiras primo simplexne genus sit causae an

85,40 cf. Mil. 6 **85,47** cf. Mil. 55

85 *αβ*]
85,48 occideret *PGV*: -retur *BZ* **85,52** iure *Martin*: vere *ω* **85,53** dissoluti *G*: -tio *ω* **85,58** singulae *Martin Cic.*: -a et *ω* **85,59** *suppl. Martin* **85,60** *suppl. Z (nisi lect. trad. in β; om. 59* nam – *63* sunt *GV)* **85,62** cohercere *a* **85,64** simplexne *G*: ne simplex *ω*

coniunctum, deinde utrum ambiguum sit an ratiocinativum 65
et reliqua talia. Modo dicit, ut, ubi haec inveneris, diligenter
consideres partes orationis sex. Non enim debes illa habere
ante oculos, quae dicuntur primo, et non omnia. In princi-
piis enim etiam de epilogis debes tractare, ne forte in argu-
menta incurras et dicas aliquid, quod sit contrarium princi- 70
piis. Illa enim, quae prima sunt, tractatu posteriorum melius
informantur. Deinde quoniam talia debent esse principia, ut
de posterioribus membris controversiae sumpta videantur.
Ut in Miloniana: Quia sciebat sibi obici hoc in argumentis
'et cur occisus est Clodius, si virum a viro lectum habuit?', 75
ideo in principiis fortissimum virum dixit Milonem. Ita est
enim *ne turpe sit pro fortissimo viro dicere incipientem.*

1,20 **Exordium est oratio animum auditoris idonee comparans
ad reliquam dictionem** Exordium non propter causam poni-
tur, sed propter animum cognitoris, ut eum aut docilem faci-
at, si causa obscura sit, <aut benivolum, si causa admirabilis
sit,> aut attentum, si causa sit humilis. Et vide oratorem ex- 5
imium! *Exordium est*, inquit, *oratio.* Sed dici potest: Et reli-
quae quinque orationes sunt; et quomodo tu id exordio ad-
scribis, quod omnium erat? Adiecit *animum auditoris idonee
comparans.* Sed et narratio idonee comparat; ergo ut effuge-
ret generalitatem, adiecit *ad reliquam dictionem.* Ergo etiam 10
narrationi per exordium ostendit animos iudicum comparari
et videamus quomodo. Non poterat enim narrare occisum
Clodium, nisi dixerit ante: *Quare Titi Anni tribunatu, rebus
omnibus pro salute rei publicae gestis ad huius criminis de-*

86,77 Mil. 1 **86,13** Mil. 6

86 *αβ*]
86,65 coniunctum *GV*: coniec- *ω* **86,73** sumpta *Martin*: -ae *ω*
86,4–5 *suppl. Martin* **86,7** *fort.* <orationis partes> orationes
86,10 ad *β*: et *α* **86,11** animus *α* **86,12** *fort.* <iure> occisum
86,13 titiani *ω* tribunatum *α* **86,14** gentes *ω, corr. Halm*

15 *fensionem non abutimur*, nisi dixerit: *Equidem ceteras tempestates et procellas in illis dumtaxat fluctibus contionum.* Vides ergo, quia principium ipsi etiam narrationi animos iudicum conciliat, et idcirco ait *ad reliquam dictionem.*

Genera causarum quinque sunt: <Honestum,> admirabile, 20 **humile, anceps, obscurum** Honestum genus causae est, quod bonitate sua animum iudicis sine adiumento orationis illicit ad favorem, ut puta, si pro re publica loquaris, si socios defendas. Ecce honestum genus causae est [at] in Verrinis, quam rem ipse etiam testatus erat in divinatione, dum dicit: 25 *Quod si [in] hanc causam tam honestam, tam illustrem, tam gravem non haberem*, uti ostenderet, quid esset honestae causae, secutus: *Si autem a me hoc Siculi non petissent et hoc quod* et cetera.

Admirabile, a quo est animus alienatus eorum, qui audi- 30 **turi sunt** In admirabili genere causae animi iudicum abalienati sunt, id est irascuntur, sicut in Rosciana. Quis enim non moveatur, ubi audierit occisum a filio patrem aut cum viderit ad defensionem causae tironem accedere defensorem? Ergo tum in hac causa aut principio aut insinuatione uti 35 debes, sicut postea dicemus.

<Humile genus causae est ***>

Anceps genus causae est, ubi iudex dubitat, quid primum iudicet, sicut in Cluentiana: Quaerit enim iudex, de veneno iudicet an de corrupto iudicio. Item anceps genus causae 40 est, ubi et honestas benivolos facit iudices et crimen infen-

87,15 Mil. 5 **87,25** div. in Caec. 6 **87,35** p. 90,2

87 *αβ*]

87,15 ea quidem cetera *ω, corr. Halm* **87,15–16** tempestate se proc. *ω, corr. G* **87,16** vides *V*: -e *ω* **87,17** animus *a* **87,19–20** honestum *(om. β; suppl. GV)* – obscurum *om. a* **87,23** *secl. Jak.* **87,25** *om. G* **87,26** ostenderet *Halm*: -em *ω* **87,27** aut *Halm Cic., fort. recte* **87,32** occisum … patrem *GV*: -o … -e *ω* **87,36** *lac. stat. Jak.; cf. p. 90,20*

sos, sicut in Scauriana honestus et nobilis iuvenis Scaurus erat, sed moventur iudices, quia obiciuntur multa crimina. Anceps genus causae est, ut in illo loco Virgiliano: *Crudelis mater magis, an puer improbus ille? / Improbus ille puer, crudelis tu quoque, mater.*

Obscurum genus causae est, *in quo aut tardi auditores <sunt aut causa implicata est> ad cognoscendum*, quoniam multiplex circumplexione inretitur. Obscuritas autem tribus modis fit, a iudice, ab oratore aut ab ipsa causa. A iudice, si tarde colligat dictam rem; ab oratore, si aut minus dicat aut multa dicendo se involvat, sicut ipse: *Nihil me fugere voluisse reticendo nec obscura dicendo*; ab ipsa causa, si obscurissima sint argumenta, quae vix intellegat iudex, sicut *** nunc Tullius dicit a iudice et causa fieri genus, ab oratore autem non, quia praecepta dat, ut orator debeat esse plenissimus.

Igitur exordium in duas partes dividitur, in principium et insinuationem Non omne exordium principium est nec omne principium exordium; exordium enim genus est principii et insinuationis. Inter principium et insinuationem hoc est, quod principia palam fiunt, insinuatio clam. Quod in quibus causarum generibus sumatur, ostendit ideoque prius necesse habuit demonstrare causae genus et sic iam, in qua causa quemadmodum ordireris, ostendere; prius causarum divisit genera, ut facilius principiorum ostenderet rationem.

Insinuatio est oratio cum quadam dissimulatione aut circuitione Insinuatio est enim, ubi, quia offensa persona est, aperte benivolentia non potest peti, quia, si aperte petieris, inflammas magis odium quam repellis. Insinuatio autem fit

88,43 ecl. 8,49 sq. **88,51** Cluent. 1

88 *aβ*]
88,47 *suppl. Jak. ex Cic. (verbatim ex Cic. iam Z)* **88,48** aut *a*
88,53 *lac. stat. Jak.; exspectes e. g.* <item in Cluentiana.> Nunc
88,64 ordireris *Halm*: ordineris *ω*

70 duobus modis, aut dissimulatione aut circuitione. Dissimulatione, quando te benivolentiam fingis non petere et in ipso mereris, quia non potest. Ea autem fit duobus modis, aut cum te dicis meritum esse, quod pateris, et dum dissimulas, in hoc ipso petis, ut *equidem merui nec deprecor, inquit*, aut
75 certe cum dicis tuam mortem profuturam illis esse, quos oderit ille qui iudicat, ut est illud: *Iam dudum sumite poenas: / Hoc Ithacus velit et magno mercabitur.* Circuitione autem fit insinuatio, cum benivolentiam per ambages, ut magis proprie dicamus, non petis, sed colligis ut est illud Virgilianum:
80 *Cuncta equidem tibi, rex, fatebor quaecumque*, et quia confessio criminis, ut ipse ait, prima medicina est, [qui] secutus est: *Neque me Argolica de gente negabo.* Non ergo *hoc primum*, tota denique ista allocutio circuitionis est; nam <non> ad interrogationem tota iuniorum sequens allocutio respon-
85 dit, licet et hic et illud explicet *quo sanguine cretus*, sed quia, quod apud hostes dicebat, credere ei nemo poterat, ideo prius per circuitionem benivolentiam, ut sequentia crederentur, effecit. Ut insinuationis exempla etiam de Cicerone ponamus, ecce insinuatione usus est per circuitionem in
90 Corneliana: *Si umquam ulla fuit causa, iudices, in qua initio dicendi.* Finxit se a diis petere, quod a iudicibus postulabat. Et quomodo illud Virgilianum *neque me Argolica de gente negabo*, sic et hic: *Nam primum omnium tempore infestissi-*

89,74 Verg. Aen. 12,931 **89,76** Verg. Aen. 2,103 sq. **89,80** Aen. 2,77 **89,81** epist. ad Oct. 7 **89,82** Aen. 2,78; Aen. 2,79 **89,85** Aen. 2,74 **89,90** I frg. 1 Sch. et P. **89,92** Aen. 2,78 **89,93** I Corn. frg. 1 Sch. et P.

89 *αβ*]
89,73 quod *BGV*: quid *PZ* pateris *Martin*: peteris *ω* **89,81** *om. G* **89,82 sqq.** *dist. Jak.* **89,83** *add. Jak.* **89,84** respondet *β* **89,85** explicit *α* **89,87** benivolentiam *Jak.* (benivolos V^2): -iae *ω* **89,93** primum *Halm*: -o *ω*

mo causam dicimus. Et per dissimulationem, ut est in Miloniana: *Cumque ipse Titus Annius* et cetera. 95

Subiens Velut gradus sibi auditionis dicendi subtilitate perficiens.

1,21 **In admirabili genere causae, si non omnino infesti auditores erunt** In admirabili genere causae, inquit, dupliciter inchoare conveniet: Si erunt nimium irati iudices, insinuatione, in qua aut iratorum tibi iudicum animos dissimulatione aut circuitione concilies; sin erunt non ita multum irati, principio utere. Et ut demus exempla ipsius Tullii, ecce, quia nimium iratos iudices sensit, in Miloniana dissimulatione usus est, qua ait: *Cum Titus Annius ipse magis de re publica quam de sua salute perturbetur.* Rursum in Corneliana circuitione usus est, quia erat Cornelii persona vehementissime offensa. Ubi autem in admirabili genere usus est principio? Ecce in Caeliana; nam aperte veniam deprecatur, hoc est conciliat. Et in tantum, cum admirabile genus causae sit, securus tamen de iudicibus ut praetermissa quodammodo benivolentia partibus attentionis utatur, dum dicit: *Etenim si existimare de omni hac causa volueritis* et reliqua. Admirabile autem quomodo sit in Caeliana, in sequentibus exponetur.

In humili autem genere causae Humile autem genus causae est, ubi, sicut diximus, de parva re agitur, quomodo <cum> controversia fingitur leporis vel lusciniae, aut persona abiecta est, quae agit. Hic quemadmodum oportet ordi-

90,95 1 **90,8** 1 **90,15** Cael. 2 **90,17** in parte non tradita **90,20** cf. p. 87,36

90 *αβ*]

90,95 Titus *Halm Cic.*: petitus *ω* **90,1** genere *P²G Cic.*: tenore *ω* **90,1–2** si – causae *om. β* **90,8** annius *PZ Cic.*: animus *BGV* **90,12** ceciliana *ω, corr. Halm* **90,14** ut *post 13* tantum *β* **90,17** ceciliana *ω, corr. Halm* **90,19** genere *GV Cic.*: -ris *ω* **90,21** *add. Halm* **90,22** ordiri *Halm*: ordinare *ω*

ri? Ut attentum facias auditorem, dicas rem illam humilem quibusdam videri, sed nihil inveniri maius et pretiosius ex
25 eius persona, qui perdidit, si forsitan amore illam habuit, quam amisit, aut pariebatur res illa, quam perdidit. Ergo quam maxime exaggerare debes, ne iudex, cum viderit de parva re agi, aut diligentiam attentionis amittat aut certe accendatur ira, quasi iniuriam factam sibi iudicans, qui tanta
30 ambitione venerit ad iudicium de re minima sententiam prolaturus. Ecce Virgilius noverat esse humile, quod dicebat de apibus. De re minima quomodo animos auditoris erexit? Promissione magnorum: *Hanc etiam, Maecenas, aspice partem.* Et in Bucolicis in contentione pastorum: *Tantum, vicine*
35 *Palaemon, / sensibus haec imis – res est non parva – reponas.*

Contemptionis tollendae causa id est despectionis, dictum ab eo, quod est contemptus. Sensus ergo est: Attentum fac auditorem in humili genere causae, ut contemptum, quem
40 causa merebatur, excludas.

Anceps genus causae, si dubiam In ancipiti genere causae, quod ex duabus causis nasci dicit, aut cum dubia iudicatio est aut cum causa turpitudinis et honestatis particeps, quemadmodum oportet ordiri? Si iudicatio est, inquit, du-
45 bia, id est si nesciunt iudices, unde iudicaturi sint, oportet ab ipsis iudicationis rebus ordiri; quod facit in Cluentiana: *Animadverti*, inquit, *iudices, omnem <accusatoris orationem duas> divisam esse in partes*, id est in invidiam corrupti iudi-

91,33 georg. 4,2 **91,34** 3,53 sq. **91,47** 1

91 *a β usque ad p. 91,45* unde*; inde a G (def. V post p. 91,44* ordiri, *Z post p. 91,45* unde *)*]

91,32–33 *dist. Jak.* **91,32** auditoris *G*: actoris *P*: toris *B*: oratoris *β* **91,41** si dubiam *(Halm Cic.*: -a *a) om. β* **91,42** dicitur *a* **91,44** si *β*: sic *a* **91,45** sint *G*: sunt *a* **91,46** iudicationes *a* **91,47–48** *suppl. Jak. ex Cic.* (ac. or. *iam Halm)*

cii et in crimen veneni. Vides, quoniam multitudine iudicationum confusi iudices sedebant, ipsas iudicationis causas in principiis posuit, quo fieri auditor possit instructior. Si vero partem honestatis, partem turpitudinis habebit, partibus benivolentiae defensor utitur et ab eo, quod honestum in causa putat, incipit; quod facit in Scauriana, quoniam partem honestatis habebat persona Scauri vel generis amplitudo, partem turpitudinis raptae pecuniae crimen. Quid facit Tullius? A laude virtutis ipsius incipit vel commemoratione maiorum, ut, dum honestatem, quam causa praestabat personae, commemorat, turpitudinem, quam crimen afferebat, avertat.

Cum autem erit honestum genus causae In honesto genere causae quid debes facere? Si tibi commodum fuerit, praetermitte principia. Quaerit aliquis: Potest fieri, ut praetermittantur exordia? Potest et ratio est; nam cum principia aut dociles facere debeant iudices aut benivolos aut attentos, dociles tibi facere non est necesse, quia hoc in ancipiti genere causae convenit et obscuro, ut dociles facias auditores. Attentos etiam illos necesse est facere, qui causam ipsius causae humilitate contemnunt. In honesto vero necesse non est uti his, quia sua sponte favet et attentus est; neque enim potest favere, ut attentus non sit. Restat ergo, ut benivolos facias; sed hoc superfluum est: Et cum tibi illi benivolentiam sponte tribuant, tu id ab his velis deprecari, quod sponte tribuunt? Restat igitur, ut praetermittas exordium,

92 *aG*]
92,49 *fort.* vides <quia> multitudine iudicationum *G*: -em … -em *a* **92,54** putat *a*: iudicat *G* **92,54** partem *a*: persona *G* **92,58** ut *om. G* honestatem *G*: -te *a* **92,61** erit *om. a* genus causae *om. G* **92,63** quaeret *Halm* **92,66** necesse non est *G* **92,67** facias *Halm*: -at *a*: -ant *G* **92,70** non *om. G* uti his PB^2: ut his B^1: ut is *G* quia *a*: qui *G* *fort.* est <iudex> **92,72** faciat *G* et cum *a*: ut *G* **92,72–73** ille … tribuat *G* **92,73** tu *a*: cum *G* quod *a*: qui *G* **92,74** praemittas *a*

75 quod etiam Tullius in primo libro Philippicarum fecit; nam omisso principio cum praeparatione narrationis incipit: *Antequam de re publica dicam, p. c., ea quae dicenda hoc tempore arbitror, exponam vobis consilium profectionis et reversionis meae.* Dicendo *exponam* narrationem in verbi
80 significatione iam tetigit. Sed ne dicat aliquis 'hoc principium': Non est, quia *antequam de re publica, p. c.* non est principium, sed praeparatio narrationis.

At certe nec narratio esse debet, sed aut a lege aut ab aliquo firmissimo argumento inchoare debet orator, sicut in
85 Corneliana: *Unde igitur ordiar? An ab ipsa lege?*

Sin uti principio placebit Ne dicatur Ciceroni 'quid? si mihi placeat in honesto genere causae exordiri?', etiam in hac re praecepta dat. 'Si placuerit', inquit, 'ut exordiaris, partes benivolentiae augere <necesse est>; ut licet faveat
90 tibi sua sponte iudex, tu tamen in principio maiorem collige benivolentiam. Etenim licet possit videri superfluum postulare, quod praestat, non est tamen inutile augere, quod praestitit.

In obscuro genere causae In obscuro genere <causae>
95 quid facere debes? Ut docilem facias auditorem, quod facit in Tulliana: *De hac re*, inquit, *iudicabitis.* Dicendum est sane, quid intersit inter obscurum genus causae et anceps, quia difficilis hic differentia est. Anceps fit ex confusione negotii, ut puta in Ligariana: Accusas Ligarium, quia in Africa resti-

93,76 1,1 **93,85** I frg. 7 Sch. (= 3 P.) **93,96** frg. 1 Cl.

93 *a G usque ad 96* iudicabitis; *inde a*]

93,76 cum praeparatione narr. *Halm*: comparationis narr. *a*: a narratione *G* **93,80 sq.** *dist. Jak.* **93,81** quia *a*: qui *G* **93,83** at *Martin*: aut *ω* **93,84** sicut *a*: ut *G* **93,86** nec *a* quod *a* **93,87** causae *om. a* **93,87–88** in hanc rem *Halm, fort. recte* **93,89** augere *Halm*: agere *ω* *suppl. Jak.* **93,91** posset *G* **93,92** augere *Halm*: agere *ω* **93,94** *add. Jak.* **93,99** legariana *et* legarium *a (itemque 103)*

tit an quia Pompeianus fuit? Denique statim in principio Tullius partem accusationis leviorem elegit, de qua diceret esse iudicandum. *Novum*, inquit, *crimen ad te Q. Tubero detulit, Q. Ligarium in Africa fuisse*, quod et ad crimen trahi poterat et ad necessitatem. Ergo anceps fit de confusione negotii, obscurum de occultatione negotii, quod ex ipsis praeceptis intellegere possumus, ubi iudicatio explananda est. Hic ratio causae ***

1,22 **Ab nostra, si de nostris factis et officiis** *Ab nostra*, inquit, *persona* colligitur *benivolentia, si de nostris factis <et officiis> sine arrogantia dicemus*: De factis, ut est in Flacciana: *Cum socio et adiutore consiliorum periculorumque meorum Flacco caedem a vobis, coniugibus liberisque vestris* et cetera; officiis, ut in Miloniana: *Quia semper contra improbos pro bonis senserat.* 'Factum' enim id posuit, quod virtute effectum est, 'officium' quod benivolentia aut amore praestitum, ut facta in re sint, officia in voluntate.

Sine arrogantia Arrogantia est, quae sibi aliquid, quod non habet, usurpat; nam probata merita dicere non est arrogantiae. Nam si Aeneas inducitur *sum pius Aeneas* et, ut ostenderet, ait *raptos qui ex hoste penates / classe veho mecum*: Ecce laus sine arrogantia, ex quo benivolentia colligitur. Hoc modo et Cicero in Verrinis meritum suum sine arrogantia praedicavit dicens: *Cum quaestor in Sicilia fuissem, iudices, itaque ex ea provincia.*

94,102 1 **94,4** 1 **94,6** 5 **94,12 sq.** Verg. Aen. 1,378 sq. **94,16** div. in Caec. 2

94 *a*]
94,101 elegit *Halm*: -gerit *a* **94,103** et *om. B* **94,105** negotii *om. P* quid et *P* **94,107** *lac. stat. Halm* **94,1** si *Halm Cic.*: sicut *a* **94,2** *suppl. Halm* **94,3** dicemus *Jak. Cic.*: -imus *a* **94,5** caedem *Halm Cic.*: -de *P*: -det *B* et *om. P* **94,8** amore *B*: a maiore *P* **94,10** sine *Halm Cic.*: ne *B*: nec *P* **94,12** si *Halm*: sic *a* **94,13** mecum *Halm Verg.*: metum *a* **94,17** iudicem *P* itaque *om. P* ex ea provincia *Halm Cic.*: exemplis *a*

Si crimina illata ut est in Miloniana: *Negant intueri lucem fas esse ei, qui a se hominem occisum esse fateatur.* Ecce ubi
20 nos docet etiam in principiis quaestiones ponere debere, ut his solutis facilius benivolentia comparetur.

Et aliquas minus honestas suspiciones Hoc facit ipse in 'domo sua': *Tune es ille, inquit, quo senatus carere non potuit?* Obiectum enim ei fuerat, quod in Capitolium concitan-
25 dae seditionis causa venisset, et in principiis purgat. Quid enim minus honestum est quam Ciceronem reum seditionis? Colligitur ergo benivolentia, si statim in principiis suspiciosas res illatas defendimus, et recte; nam si illa nobis ideo obiecta sunt, ut in odium iudicum adduceremur, certe his
30 purgatis benivolentia nobis iudicum comparatur.

Si quae acciderint incommoda ut est in Sullana: *Sed quoniam ita tulit casus infestus, <ut> et amplissimo honore cum communi ambitionis invidia tum singulari Autroni odio <e>verteretur* et cetera. Ergo commemoratione incom-
35 modorum etiam in principiis debemus animos iudicum ad misericordiam commovere.

Aut quae instent difficultates proferamus ut est in Miloniana: *Quid enim duobus nobis, iudices, laboriosius, quid <magis sollicitum,> magis exercitum?* Item in Virgilio: *Cer-*
40 *nis, ut insultent Rutuli.* Item: *Nunc etiam manes – haec intemptata manebat / sors rerum.*

95,18 7 **95,23** 4 **95,31** 1 **95,38** 5 **95,39** Aen. 10,20 **95,40** Aen. 10,39 sq.

95 *a*]
95,18 ut est *B*: id est *P* **95,19** quia se *a* **95,22** aliqua *a, corr. P*[2] **95,23** tune es *Halm Cic.*: tunc est *a* quod *P* **95,27** si *Halm*: sed *a* **95,31** quae *Jak. Cic.*: qua *a* Sillana *a, corr. Halm* **95,32** *suppl. Halm ex Cic.* **95,33** communi *Halm Cic.*: -e *a* **95,34** *add. Halm ex Cic.* **95,39** *suppl. Jak. ex Cic.*

Si prece et obsecratione humili ac supplici utimur ut est illud Virgilianum: *Oro miserere laborum / tantorum, miserere animi non digna ferentis.*

In odium ducentur, si quod eorum spurce, superbe, crudeliter, malitiose factum proferetur Dixit, a nostra persona quibus modis benivolentia capiatur, dicit, <quo>modo ab adversariorum persona capiatur benivolentia, si eos aut in odium aut in invidiam aut in contemptionem adducas; et modo, quibus rebus in odium adduci possunt, ostendit.

Si quod eorum spurce, superbe, <crudeliter> malitiose factum proferetur Quas causas totas uno sensu in divinatione conclusit dicens: *Qua<s> res luxuries in flagitiis*, quod est spurce, *crudelitas in suppliciis*, quod est <crudeliter>, *avaritia in rapinis*, quod est malitiose – nam quid est malitiosius, quam quod ipse cupit alterum habere non sinere? – *superbia in contumeliis*, quod est superbe; et prorsus huius rei exempla per omnes orationes, qui quaerit, inveniet.

In invidiam, si eorum potentia, divitiae, cognatio proferatur Docuit, quibus rebus in adversarios possit odium concitari, ostendit modo, quibus rebus moveatur invidia: *Si eorum*, inquit, *potentia, divitiae, cognatio, pecunia proferatur.*

Potentia in Rosciana de Chrysogono: *Taceant autem idcirco quia periculum vitant*; nihil est enim tam invidiosum, quam non licere defendere quem innocentem probaveris, et hoc † unde dictum est sine dubio de potentia Chrysogoni.

96,43 Aen. 2,143 sq. **96,53 sqq.** 3 **96,63** 1

96 *a; ab p. 96,46* malitiose *P*]

96,42 observatione *B*: obscuratione *P; corr. B*[2] hac *B* **96,44** animi *Halm Verg.*: -o *a* **96,45** dicentur *P* **96,46** proferetur *Martin Cic.*: -fertur *P* **96,47** *add. Jak.* **96,50** rebus *Martin*: remis *P* **96,51** quod *Jak. Cic.*: quid *P* *suppl. Jak.* **96,52** proferetur *Jak.*: -remus *P* **96,53** *add. Martin ex Cic.* **96,54** *suppl. Martin* **96,55** malitiosius *Jak.*: -sus *P* **96,63** tacent aut *P, corr. Martin*

Divitiae, cognatio in Quinctiana: *Publius*, inquit, *Quinctius, cuius tenues opes, exiguae amicorum copiae sunt, cum adversario gratiosissimo contendat.* Necesse est enim, ut in
70 gratiosissimo et divite et cognationibus fulto accipiamus <invidiam>, cum contra posuerit in persona Quinctii 'tenues opes, exiguas amicorum copias'. Erat etiam in Verrinis invidiam de divitiis <in> Verre, omnem spem defensionis in pecuniis collocasse.

75 **Atque eorum usus arrogans** Movetur quaestio, cur his rebus adversarium in invidiam adduci posse dixerit, quibus debet ornari; nam potentia divitiae cognatio non invidiae debent esse, sed cognatio † in gloriae locus. Solvit hanc quaestionem, quod ait *atque eorum usus arrogans et intole-*
80 *rabilis.* Non enim potentem esse invidiosum est ***

97,67 2

97 *P*]

97,67 inquitiana *P, corr. Martin* **97,68** tenues *Martin Cic.*: tenemus *P* **97,69** gratissimo contendebat *P, corr. Martin ex Cic.* **97,71** *suppl. Jak.* (<inv.> ac. *Drerup ap. Mart.)* **97,72** invidiam *Martin*: -a *P* **97,73** <in> Verre *Jak.*: verrem *P* **97,76** adversarium *Martin*: -iorum *P* **97,80** *post* est] Sed iHRe *P sec. m. in litt. capit.*

INDEX NOMINVM ET LOCORVM